

MC

A 5

# SAMUELIS DIESTII,

S. S. Theol. & Ling. Sanct. Profess.

# CLAVIS LINGUÆ SANCTÆ;

## Seu REGULÆ XX. De Mutatione Punctorum:

*Quibus*

HEBRÆA Lingua, omnium Facillima, Sed solius Mutationis Punctorum repagulis occlusa, nude aperitur:

*Præmissis illius Linguæ*


RUDIMENTIS,


Quibus eadem, Sine ulla Mutatione Punctorum, Paucissimis præceptis Grammaticis, Tironibus perspicue explicatur.

*Opus Novum, diu desideratum, atque Eruditorum judicio comprobatum.*

---

Accedit HENRICI DIESTII Grammatica Hebræa, Cum Rudimentis Chald. ac Syriac.





AMSTELODAMI,
Apud JOANNEM JANSSONIUM à WAESBERGE, Et Viduam ELIZÆI WEYERSTRAET.
CIↃ IↃC LXIX.

*Per-Illustribus & Generosis*
*DOMINIS,*

D. GUALTERO de RODE ab HEECKEREN, Toparchæ in RUIRLO, DD. Ordinum Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ Deputato, Territorii *Lochemiensis* Prætori;

D. GERHARDO NICASIO ab HELL, toe den WILTBAEN, supremæ Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ curiæ Senatori, Civitatis *Arnhemiensis* Cos.

D. JOHANNI à WYNBERGEN, ejusdem supremæ curiæ Gelro-Zutphanicæ Præsidi, Feudorum Administratori, & Civitatis *Hardervicenæ* Cos.

D. WOLFGANGO ab HAERSOLTE, Domino de YRST, ad Consilium Ordinum Federati Belgii Delegato, & Civitatis *Hattemensis* Cos.

*Inclytæ hujus* DUCATUS GELRIÆ & COMITATUS ZUTPHANIÆ, *quæ est* HARDERVICI, *Academiæ*

CURATORIBUS,

*Dominis, Patronis, & ἐυεργέταις suspiciendis, colendis,*

Opusculum hoc Grammaticum,
*Debita Reverentia*

D. D. C.

SAMUEL à DIEST.



A*Nxie mihi diſpiciendum non fuit*, Viri Perilluſtres ac Generoſi, *quibus, pro recepto antiquitus more, has laboris mei Hebraici primitias ſacras facerem. Quos enim Patronos, qui hunc meum fœtum ab invidorum & malignorum injuria protegerent, meliores eligere poſſem, quam ipſos Academiæ noſtræ Nutritios & Curatores optimos? Quibus hoc qualecunque induſtriæ meæ ſpecimen exhiberem, quam Vobis ſolis, qui me ad hanc Spartam Academicam exornandam Duisburgo ante quinquennium evocaſtis? Accipite quæſo benigno vultu hæc prima Linguæ Hebrææ tirocinia, nova ac facili methodo, ad crebra Eruditorum poſtulata, in uſum linguæ Hebrææ Tironum (ut Præfatione ad Lectorem explano) conſcripta; meque Veſtra benevolentia, ad majora quæ molior edenda animate. Deum rogo, ut Vos Reip. litterariæ bono diutiſſime incolumes, & modis omnibus florentiſſimos ſervet. Dabam è muſeo meo, Kal. Majis, Anno ſalutis* cIↃ IↃc LXIX.

 PRÆ-

# PRÆFATIO ad LECTOREM.

NE mireris Lector, quid me in tanto Philologorum, cum quibus minime comparandus ſim, celebritate, inque tanta editarum Grammaticarum ubertate, illis nullatenus conferendum hoc meum opuſculum conſcribere commoverit; hæc Te in Præfatione monitum volo.

Non me inſatiabile ſcribendi cacoëthes, non vanæ gloriæ aucupium, ſed Diſcipulorum meorum, quos ab aliquot annis, hac quam trado methodo, haud pœnitendo per Dei gratiam ſucceſſu, in Lingua Sancta informavi, implacabile deſiderium, ad fœtus hujus editionem exſtimulavit. Quorum honeſtæ petitioni ne plus nimio indulſiſſe viderer, ſummos aliquot Philologos, artis Grammaticæ Linguæ Hebrææ peritiſſimos, ac Litteratos Viros, quibus quidem familiarius innotueram, mihi animi incerto judices atque æquos arbitros elegi: quos quum rigidos cenſores exſpectarem, qui multa minus polita, atque exactiori judicio limanda, obelo configerent, plurima quæ adhuc deſiderantur, in quibus mihi ipſe, ob temporis & otii anguſtiam, neutiquam ſatisfeci, ſupplenda poſtularent, adeoque hujus partus immaturi atque multis modis adhuc perficiendi editionem mihi diſſuaderent, protinus, ſupra meam exſpectationem, hoc meum opuſculum unanimes approbarunt, utque illud, velut nova ac facili methodo, haud mediocri diſcentium commodo conſcriptum, publici juris facerem, auctores mihi fuere graviſſimi: ut ex ſubjectis eorum Judiciis & Acclamationibus patet.

Nec me inanis præſumtio, Grammaticos Eruditorum labores carpendi, aut cornicum oculos configendi, inflavit; quippe qui eorum bene inventis paſſim uſus ſum: imitatus Apum exemplum, favos ſuos

ex

ex alienis floribus ſtudioſe colligentium, & ſuo more componentium. Quod ipſum ſi quis mihi vitio vertere voluerit, eruditiſſimos quoſque in omni diſciplina ſcriptores, optima in proprios uſus colligentes, repetundarum accuſabit. Nec apum ſolummodo, ſed & Bombycum, fila ſua ex ſeipſis gignentium, exemplum ſequutus, novum quid circa Punctorum Mutationem, ex propria meditatione ac praxi, in tredecim annorum Profeſſione Publica, molitus mihi videor.

Sed hæc plenius ex Scopo meo cognoſce; qui eſt, Doctrinam de Mutatione Punctorum; quæ ſola maximam Tironibus parit difficultatem, multoſque ab illius acquirenda notitia, tanquam objectum Gorgonis caput, abſterret, facilem ac planam reddere. Quod ut in uſum privatorum collegiorum præſtarem, eam, latiſſime diffuſam, & innumeris fere Regulis atque Exceptionibus oneratam, imo intricatam, paucis Regulis adſtringere tentavi. Præivit hîc mihi venerandus meus Parens in Grammatica ſua Hebræa, Cap. VI. dans VIII. Regulas Generales, de Scheva, de Gutturalibus, de Vocalium Permutatione ac Reſolutione; quibus nono loco Mutationem ob Accentum ſubjicit. Quas Regulas generales plenius pro inſtituto meo concepi, atque exemplis, ubi deſiderabantur, auxi. Ad harum imitationem etiam XI. Regulas Speciales, ob Formationem Grammaticam, de ſingulis vocalibus mutandis, deque terminationibus vocum abjiciendis aut immutandis compoſui; ſic ut unicam de vocalibus non decreſcentibus, unicam quoque de qualibet vocali mutationi obnoxia, Regulam conceperim; ac ſingulas Exemplis, ex univerſa Grammatica mutuatis, illuſtraverim. Scilicet quum plerique Grammatici, & ſpeciatim Cl. Buxtorfius ac Parens meus (quorum ego præceptorum meo-

rum veſtigia ut plurimum premo) quatuor locis, nempe in Flexione Nominis è Maſculino in Fœmininum, & è Singulari in Pluralem Dualemque, inque Statu Conſtructo & Affixo, Regulas tradant; & ſic quatuor illis locis de una eademque vocali quater agant, de affixis autem Verborum ac Particularum nullas Regulas, ſed nuda ſolum præcepta, habeant: ego de ſingulis vocalibus unicam trado Regulam, e. g. unicam de Kametz penultimæ, unam de eadem ultimæ ſyllabæ, unam de Tzere penultimæ, unamque de eadem ultimæ ſyll. & ſic in cæteris; ac ſingulas Regulas Exemplis non ſolum Nominum, quæ è Maſc. in Fœm. è Sing. in Plur. Dualemque, è ſtatu abſoluto in Conſtructum & Affixum moventur, ſed & Verborum ac Particularum cum Affixis declaro. Similiter quas quatuor illis locis de una vocali habent Exceptiones in unam contraxi, ſi illæ ſpeciales fuerint; aut ſi generales fuerint, quarum certam invenire rationem potis fui, in Regulam eas redegi: imo quandoque plurium vocalium plures Exceptiones ad unam Regulam revocavi; uti ex Exceptionibus omnibus, quæ de Kametz, Tzere, Cholem, Schurek & Patach, diverſis in locis de ſingulis ſeorſim ingeminantur, quod Dageſch adſumant, unicam Regulam VIII. confeci; & uti omnes Exceptiones, quæ de Kametz, Tzere, Cholem, Sægol & Patach non decreſcentibus ſæpius inculcantur, unica Regula complexus ſum, ſc. Regulæ X. Membro III. & ſic in cæteris.

Quibus XX. numero Regulis omnem aut ſaltem præcipuam, & ad intellectum Vet. Teſt. ſufficientem, rationem abſolvere niſus ſum. Et hoc meum opuſculum *Clavem Linguæ Sanctæ* appello, qua Linguam Hebræam, omnium quidem facillimam, ſed ſola punctorum multiplici Variatione quaſi obſeratam

tam

*vationibus concinnatam, currenti oculo perlustravi, Judicium quod mihi defers non sumo, maxime cum illud tribuas elogium, cujus nulla in me agnosco vestigia; peccaremque in me non minus, quam in alios & Te imprimis, si quid hîc pronunciarem. Unus omnium scopus hoc agentium, una meta; sed non una, quam insistunt via; Aliquibus compendium placet, aliis securitas: quidam in simplici veritate acquiescunt, quibus satis per inductionem ire, experientiamque ab exemplis consectari: nonnulli causas veri inquirere amant, scientiamque linguæ hujus consequi. Hos inter ego jam dudum nomen meum professus sum; quam feliciter aliis judicandi jus est, & arbitrium. Saltem meos discipulos hac ratione satis expedite, non tantum ad analysin, sed etiam ad genesin deduco. De Tuo labore nullus dubito, fore tibi ex usu multiplici eam facilitatem, ut auditoribus queas manuductionem præstare, qua ad linguam, & hinc ad mentem Vet. Test. progrediantur, adeoque evadant θεοδίδακτοι, tanto digniori elogio, quanto ab ipsius Dei ore propius pendebunt. Quod quisquis assecutus est, non oleum nec operam perdidit. Huc nos pariter contendere par est: Deus autem nostris conatibus gratiam suam & benedictionem addat, ut quæ agimus sibi gloriosa sint, Ecclesiæque proficua.*


---

## JUDICIUM

*Clarissimi & Doctissimi Viri,*

## D. JOHANNIS LEUSDEN,

Phil. D. & Linguæ Hebrææ in Ultrajectina Acad. Profess. datum septimo Kal. Aprilis, 1669.



*Um Reverendus & Clarissimus Vir D. Samuel Diestius, S. Theologiæ & Philosophiæ Doctor, illiusque ut & linguæ Sanctæ in Illustri Academia*

demia

*demia Harderovicena Professor, à me judicium petiisset de libro suo, cui titulus,* Clavis linguæ Sanctæ, seu XX. Regulæ de mutatione punctorum; *ego, honestæ illi petitioni volens satisfacere, attente & sedulo dictum librum lustravi, & pleraque perlegi. Quantum verò mihi sit observare licuit, judico, laudatum illum librum non tantùm accurata methodo esse digestum, sed etiam multiplici eruditione, ac singularis peritiæ, præcipue circa mutationem punctorum, demonstratione refertum. Primò enim Author hic proponit brevia Rudimenta, sine ulla mutatione punctorum, quæ tyronibus in initio remoram injicere solet: deinde tradit Clavem mutationis punctorum; ac Regulas, quæ plurimæ de mutatione punctorum à plerisque Grammaticis formantur, multisque exceptionibus sæpe onerantur, ad paucas contrahit; ut una solum sit regula de Kametz penultimæ syllabæ, una de Tzere, &c. quarum quælibet exemplis totius Grammaticæ illustratur. Quibus XX. Regulis laudatus Author totam mutationis punctorum rationem, tum in Flexione Nominis, tum in statu Regiminis, atque Affixis Nominum, Verborum ac Particularum, plene absolvit. Quapropter cum totum illud negotium mutationis vocalium, aliàs satis arduum & intricatum,* novâ, facillimâ & accuratissimâ methodo *sit concinnatum, non possum non dictum librum laudare, eundemque* φιλεβραίοις *de meliori nota commendare; & Reverendo ac Clarissimo Auctori* pro novo suo invento *gratias agere; atque simul Deum Opt. Max. orare, ut ipsum bono publico diu servet incolumem.*

tam & inacceſſibilem, Tironibus nude refero, apertámque, planam atque aditu facillimam trado.

Has autem Regulas characteribus majuſculis, quos Typographi *Auguſtinianos Romanos* vocant, exprimi curavi; Regularum vero Explicationes, atque Exceptiones (niſi ſpecialiſſimæ fuerint) literis *Auguſtinianis currentibus*, ut loquuntur; & Exempla ac Notas Regularum literis minoribus, dictis *Mediaen* expreſſi: ut linguæ Hebrææ Studioſus Regulas, quæ tenaciſſime memoriæ imprimendæ ſunt, à ſuis Explicationibus & Exceptionibus, quas ſecundo loco addiſcet, & ab Exemplis, quæ Regulas illuſtrant, atque à Notis, quæ uberioris explicationis ergo ſubjiciuntur, ſine ulla moleſtia diſtinguere queat. Quæ vero altioris indaginis, atque à tironibus initio negligi queunt, minuſculis literis, dictis *Brevier*, impreſſa, aut ejusmodi uncis [ ] incluſa ſunt: quibus iiſdem minuſculis expreſſum eſt, quoties Lector ad aliam Regulam vel Paginam ablegatur.

Huic Clavi præmitto *Linguæ Hebrææ* prima *Rudimenta*, ex Parentis mei Grammatica, quam diſcipuli noſtri terere aſſueverunt, maximam partem contracta, ſervatis, in memoriæ eorum ſubſidium, iiſdem fere præceptis, iiſdemque capitibus; ut quod breviter in Rudimentis exhibeo, plenius ex pleniori Parentis Grammatica, tanquam ex illius commentario, hauriri queat. His autem Rudimentis prima Linguæ Hebrææ fundamenta, pauciſſimis præceptis, ſine ulla mutatione punctorum, breviſſime explico, exempliſque mutationi non obnoxiis illuſtro: ne Linguæ Hebrææ Studioſi in limine ob punctorum mutationem abſterreantur; quam poſtea, jactis his primis fundamentis, ex Regulis noſtris nullo negotio addiſcent: utque variarum linguarum ſcrutatores, qui relicta Theologis plena Linguæ Sanctæ indagine,

aliquam

aliquam illius linguæ notitiam indagare cupidi ſunt, ex his noſtris breviſſimis Rudimentis, ſine ulla ob mutationem punctorum remora, deſideratam ejus linguæ ſcientiam Grammaticam haurire queant.

---

## JUDICIUM

*Reverendi & Clariſſimi Viri,*

### D. JACOBI ALTINGII, SS. Theol. & Linguæ Hebrææ in Groningana Acad. D. & Prof. Excerptum ex ejus literis ad auctorem, datis $\frac{16}{6}$ Aprilis 1669.

*EPiſtolæ tuæ argumentum prodit, quo ſtudio ducaris erga literas Hebræas, & quantopere etiam alios ad eundem amorem inflammare ſatagas. Vivimus enim, proh dolor! eo ſeculo, quo non minus lingua, quam natio Hebræa, in odium & contemtum adducitur. Sunt qui perſuaſum volunt aliis, (& ſuam autoritatem potiſſimum ſtatuunt perſuaſionis momentum,) habere nos eam Verſionem, quâ nihil conſummatius edi queat; inutilem operam fere fontibus impendi; Criticum pruritum eſſe, ſi quid in illis ponatur induſtriæ; nec plus reperiri, quam quod pueri in faba. Ergo ſi quis hîc ſurgat, & puerilia iſta, (ſic enim ſentiunt,) tractare occipiat, nonne famæ ſuæ prodigus cenſebitur? Atenim non omnes idem error tenet; ſunt etiam præter me, qui Veterum amore novaturiunt, quando omnibus, ab aliquot ſeculis receptis, tum verba, tum res Scripturæ, uti primum hæc authentica prodiit, longe præferunt. Cæterum quod methodum attinet, qua juventutem ad notitiam Hebrææ literaturæ deducere conniteris, partim à Ven. Patre mutuatam, partim privatis obſer-*

*vationibus*

# IN CLAVEM LINGUÆ SANCTÆ

*Sive*

## Compendium Linguæ Hebraicæ, novâ, brevi, & ſimul facili methodo adornatum;

*Clariſſimi atque Doctiſſimi* Viri,

## D. SAMUELIS DIESTII,

S. S. Theol. & Phil. Doctoris, illiuſque & linguæ Sanctæ in Academia Gelro-Zutphanicâ Hardervici Profeſſoris.

### *SCAZONTES.*

SAcrata ſacris caſtioribus pubes,
Cui pectus ardet labra, præ *caballino*,
Rigare fonte nigricante *Cidronis*,
Toto vel etiam *Iordane* ablui totos;
Bicepsque *Sinai* præ bicipite *Parnaſſo*,
*Helicone* amœno amœnior *Sion*, præque
*Pindo*, ſacro arridet jugo *Thabor*, Chriſti
Calcatus ille ſæpius *Thabor* plantis:
Si forte ſentibus ſatæ viæ terrent,
Multos morata & hactenus ſalebroſa
*Mutantium* ſubinde teſqua *punctorum*;
Linguæ ecce ſanctæ Myſta, ſanctiorumque
Myſteriorum DIESTIUS facem præfert,
Magno parente digna DIESTIUS proles.
Qui mente ſolers Dædalâ, pede & fauſto has
Vitans ſalebras, ſemitâ novâ & planâ, &
Compendioſo, at nec minus facili calle
Rectà ipſam in arcem & linguæ adyta manu ducit,
Auguſta quorum limina hâc CLAVE en parvâ
Ipſumque dexterè ſacrarium pandit.

Quare

Quare libellus iste mole quàm parvus,
Tam fruge magnus, *regulis quater quinis*
Mirâ arte totam, *puncta* quæ *variat*, artem
Complexus, *omne* jure fert suo *punctum.*
O! tu ergo fausto nunc pede i, sitim sacro
Restingue fonte, augusta limina, i, calca,
Hæc plana ducit semita, hæc *Clavis* pandit,
Sacrata sacris castioribus pubes.

*Collegæ conjunctissimo L. M. Q.*

WILH. WILHELMIUS.

---

# ALIUD.

Οὐ μόνον Ἑβραίοιο λόγου παιδεύματ' ἀνοίγει
Δίστιος, ἀλλ' ἱερῶν ὄργια Πιερίδων.
Δίστιος ἐλλογίμοιο γονῆος γνήσιον ἔρνος,
Εὐσεβίης κήρυξ, Θεολογίης τε στόμα.

JOHANNES GEORGIUS GRÆVIUS.

AD

VII

AD

*Clariss. & Doctissimum Virum,*

D. SAMUELEM à DIEST,

SS. Theolog. & Linguarum Orientalium in illustri Gelrorum Academia D. & Profess.

CUM

CLAVEM LINGUÆ SANCTÆ

*in lucem prolaturus esset.*

QUa pater excellit toto clarissimus orbe,
Perspicuam methodum tu quoque ritè colis.
Quin, quod vel primus gaudebit & efferet ipse
Laudibus, inquiris quod facias melius.
Te duce, Punctorum missis ambagibus, unam
Et certam & facilem nunc datur ire viam.
Perge ita, sic olim, me vaticinante, futura
Tempora sunt, magno cum Patre major eris.

PHILIPPUS MUNCKERUS,

*Gymnasiarcha Harlemensis.*

ADDEN-

P*Ag.* 7. *linea à fine* 8. *poſt* makkaph *adde omiſſam vocem* accentu.

*Pag.* 44. *lin. à fin.* 9. *poſt voculam* ob *adde* Reſolutionem vocalium ſequente. *Ibidem lin. à fin.* 5. *adde*; Præmiſſis tribus Regulis Generalibus de Mutatione ob Scheva.

*Pag.* 47. *lin.* 3. *adde:* Sic à רֵעֶה *amicus*, eſt plurale רֵעִים, cum affixo רֵעֶי, רֵעָו & רֵעֵהוּ: Sic & in Verbis; ut à עָשָׂה *fecit*, eſt cum affix. עָשְׂךָ *fecit te.* (*Conf. Reg.XIX. Memb.I. & IV.*) Ubi *Nota*, cum affixo penacuto ֶהוּ vocem literis quidem creſcere, ſed accentum non promoveri; adeoque nec puncta vocis decreſcere, Dicitur tamen שֵׂיֵהוּ tanquam à שֵׂיֶה, *vid. Except. dicta Reg. XIX. Memb.I.*

*Ibid. lin.* 11. *adde*; Niſi illud Chirek ſit ſub מ heemantico.

*Pag.* 48. *lin.* 5. *adde*; Vid. Not. 3. ad Reg. XX.

*Ibid. lin.* 15. *poſt* ſægol *adde* (*ſi ſit ortum ex tzere Verborum ac Participiorum*)

*Ibid. lineam à fine ſeptimam & ſextam plenius ſic lege*; pro chirek vel ſægol eſt patach (*ſi Scheva ex ſægol vel patach vicario Nominum, vel ex tzere Verborum ac Participiorum, ſit oriundum*)

*Pag.* 49. *lin.* 11. *ante* Ut *adde*; Ita fit communiter, ſi ſcheva ortum ſit ex tzere Verborum in pihel & niphal, ac Participiorum kal & pihel, hiſque ſimilium Nominalium, &c. ſequente alio ſcheva

cum

cum affixis ךָ, כֶם, כֶן: *Ibid. lin.* 12. *adde:* ab הִזָּכֵר *recordari*, est הִזָּכֶרְכֶם: Quandoque tamen illud Scheva transit in chirck; ut ab אֹיֵב *inimicans*, est אֹיִבְךָ, ab אֹסֵף *colligens*, est אֹסִפְךָ: ab infin. pihel פָּרֵשׂ *expandere*, est פָּרִשְׂכֶם:

*Ibid. lin. à fin.* 10. *adde:* In quibus exemplis pro chirck est patach; sic & loco sægol, propter primam aut secundam gutturalem, est patach, in Conjug. pihel, niphal, & participiis, (*ut & modo ad lin.* 11. *dictum est*); ut à Præt. Pihel. בֵּרֵךְ est בֵּרַכְךָ *benedixit tibi*, à Particip. אֹהֵב est אֹהַבְךָ *diligens te.*

*Pag.* 56. *lin. à fin.* 6. *adde:* Sic Adverbium לְבַד *solùm*, cum Affix. לְבַדִּי *solus ego* (à בָּדַד *solitarius fuit:*) & Præpositio אֵת *cum*, juncto affixo אִתִּי *mecum*, ab אתת; at quum est accusativi casus nota, & desinit esse præpositio, differentiæ causa assumit cholem, à rad. אות, *&c. Vid. Gram. p.* 242. *&* 246. *ac Buxtorf. Thes. p.* 556.

*Pag.* 82. *l. à fin.* 4. *post* eum *adde*; ab Imp. לַמֵּד est לַמְּדָהּ *doce hoc.*

*P.* 91. *l.* 8. *post* me *adde*: Sic Imperat. קַח, דַּע:

*Pag.* 104. *l. à fin.* 9. *post* decremento *adde*; voce sc. non crescente, *juxta Reg. I. Memb. II.*

EMENDANDA.

P*Ag.* 8. *lin.* 6. *pro* illis *lege* illud. *p.* 15. *lin. ult. pro* XII. XIV. & XVIII. *lege* XI. XIII. & XVI. *p.* 16. *l. à f.* 5. *lege* ח״א *pro* ח״א *p.* 17. *l.* 4. *&* 9. *pro* ד *pone* ד.

*ne* ר. *p.* 25. *l.* 13. *lege* הוֹשֵׁב. *p.* 33. *l.* 4. *lege* נָשִׁים
*p.*36. *l.* 5. *deeſt* chirek *ſub jod in terminat. duali* ַיִם
*p.* 43. *l. à fin.* 3. *pro* tertia *lege* prima. *p.* 47. *l.* 9. 12. *&* 13. *pro* שׁ *ubique pone* שׂ. *p.* 56. *l.* 12. *lege* לֵבָב, *ibid. l. à f.* 5. *lege* Exempla Verborum. *p.* 64. *l.* 14. *pro* קָטוֹל *lege* קָטוֹב. *p.* 66. *l. à fin.* 4. *pro* ſcheva *pone* tzere *in voce* מֵעַיִם. *p.* 68. *l.* 14. *lege* יִשְׂרָאֵל. *p.* 73. *l. ult. lege* נֶחָמָה *p.* 78. *l. à f.* 3. *pro* עֲד *lege* עַד. *p.* 81. *l.* 11. *lege* וַעֵת *per* tzere *loco* ſcheva. *p.* 91. *l.* 3. *pro* ſupra me *lege* uſque ad me, *& ſic pag. ſeq. lege* uſque ad eos. *p.*95. *l.*13. *pro* ֳ: *pone* ֲ: *p.*96. l. à f. 6. lege נְרָדִים *per* nun *cum* ſcheva *loco* ע *cum* tzere.

Reliqua errata leviora, quando litera quæpiam, vel maxime punctum literarium non bene eſt expreſſum, benevolus lector facile corriget; hæc tamen obſervata, in imperitiorum gratiam, ſubjungere volui.

*Pag.* 4. *l.* 14. *ſub* ד *deficit ſcheva.. p.* 6. *l. à f.* 11. *ſub* ק *deeſt patach. p.* 13. *l. à f.* 4. *deficit* ָ *ſub* שׁ *in* אשה. *p.* 16. *l. à f.* 7. *deficit patach ſub* א *in* אתן, *& lin.* 9. *idem deficit ſub* נ *in* אנחנו. *p.* 32. *l. à f.* 5. *ante* qui *deeſt ſignum initii parentheſeos. p.* 39. *l. à f.* 2. *non recte expreſſa vox* למעננו. *p.*46. *l.*16. *non bene expreſſa vox* הסב. *p.* 49. *l.* 11 *deeſt punctum cholem ſupra* פ *in duabus primis vocibus. p.* 51. *l.* 3. *latitat* ֲ: *ſub* ע. *p.* 53. *l.* 3. *ab initio non bene expreſſum* ֲ: *p.* 56. *l. à fin.* 9. *non bene expreſſ. kibbutz ſub* ח. *p.* 57. *l.* 2. *non bene expreſſum* ז. *p.* 76. *l. à f.* 3. *latitat* ָ *ſub* שׁ. *p.* 83. *l. à f.* 5. *non bene expreſſum tzere ſub* נ *in* בגר. *p.* 84. *l.* 11, *latitat ſcheva ſub* ז. *p.* 96. *l.* 8. *deficit ſcheva ſub* נ.


RUDI-

# RUDIMENTORUM

## Pars I.

## *DE ETYMOLOGIA.*

### Caput I. De Literis.



RINCIPIA vocum ſunt *Literæ* & *Puncta*, atque ex his natæ *Syllabæ*.

LITERÆ ſunt 22. eæque omnes Conſonæ:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| א | *Aleph* | (') ſpirit. lenis | ל | *Lamed* | l. |
| ב | *Beth* | bh. b. | םמ | *Mem* | m. |
| ג | *Gimel* | gh. g. | ןנ | *Nun* | n. |
| ד | *Daleth* | dh. d. | ס | *Samech* | ſ. forte. |
| ה | *He* | h. | ע | *Ajin* | ng. nj. |
| ו | *Vau* | v. | ףפ | *Pe* | ph. p. |
| ז | *Sajin* | ſ. lene. | ץצ | *Tzade* | tz. |
| ח | *Cheth* | ch. hh. | ק | *Koph* | k. |
| ט | *Teth* | t. | ר | *Reſch* | r. |
| י | *Jod* | j. | שׁ | *Schin* | ſch. |
| ךכ | *Caph* | ch. k. | שׂ | *Sin* | ſ. |
| | | | ת | *Thau* | th. t. |

Ex his *quinque* aliter in fine, atque in initio ac medio ſcribuntur, ut in tabella poſtpoſitæ conſpi-

ciuntur; hinc Finales dictæ: ſc. *Caph*, *Mem*, *Nun*, *Pe*, *Tzade*. Nonnullæ etiam elegantiæ cauſa diducuntur. (*Vide Gramm. Parentis mei p.* 3.)

Ut Latini, à ſiniſtra dextram verſus legentes, pleraſque literas à dextra verſus ſiniſtram ducunt, & quælibet fere apud eos litera dextrorſum ad ſequentem proſpicit: ſic contra Hebræi à dextra legentes, à ſiniſtra ad dextram literas pingunt, eorumque literæ ſiniſtrorſum proſpectant: quarum eleganti ſcriptioni ſingularem etiam calamum adaptant, (*de quo ibid. in fine.*)

Ductu autem ac *Figura* literæ ſunt, vel *Rotundæ*, ſeu obtuſi anguli, quarum mater eſt ר
| ut ל ק ת ם ס כ ף פ ב ר

*Quadratæ*, ſeu acuti anguli, quarum mater eſt ד
| ut ך ח ה ד

*Exiles*, quarum mater eſt י
| ut ן ז ג נ ו י

*Compoſitæ*, שׁ ץ צ ע מ ט א

*Organorum* oris reſpectu, literæ ſunt vel *Gutturales*, vel *Palatinæ*, vel *Dentales*, vel *Linguales*, vel *Labiales* (*Gram. p.* 6.) Ex his quæ ſæpius uſu veniunt, tiro memoriæ mandabit *Gutturales* ע ח ה א & *Labiales* פ מ ו ב; quarum poſteriores vulgo literæ בומף *bumaph* in Grammatica appellantur.

---

## Caput II. De Vocalibus.

Puncta ſunt vel Vocalia vel Literaria.

Vocalis non eſt litera, ſed ejuſdem prolatio: eſtque vel Propria vel Impropria.

Propria

*Propria* vocalis eſt quæ facit ſyllabam: eaque vel Longa vel Brevis.

Vocalis *longa* eſt, quæ regulariter terminat ſyllabam; ut בָּ *ba*, בֵּ *be*, בִּי *bi*, בּוֹ *bo*, בּוּ *bu*.

Vocalis *brevis* eſt, quæ regulariter non terminat ſyllabam, ſed ſibi ſubjunctam habet aliam literam; ut בַּן *ban*, בֶּן *ben*, בִּן *bin*, בָּן *bon*, בֻּן *bun*.

*Nota*, Accentum poſſe vocalem Longam corripere, Brevemque producere.

Utraque eſt quintuplex; *ut in ſeq. tabella*.

| | *Longæ* | | *Breves.* | |
|---|---|---|---|---|
| ◌ָ | Kametz. | ◌ַ | Patach. | a. |
| ◌ֵ | Tzere. | ◌ֶ | Sægol. | e. |
| ◌ִי | Chirek longum. | ◌ִ | Chirek breve. | i. |
| וֹ vel ◌ֹ | Cholem. | ◌ָ | Kametz chatuph. | o. |
| וּ | Schurek. | ◌ֻ | Kibbytz. | u. |

Omnes infra literam ſcribuntur, exceptis *Cholem* & *Schurek*; quorum *hoc* in medio Vau, *illud* vero ſupra Vau, vel etiam ſine Vau ſupra quamcunque literam ſcribitur, & aliquando etiam punctis diacriticis literarũ שׁ & שׂ ſimul inſinuatur. Jod raro à *Chirek longo* abeſt. *Kibbytz* ſæpius pro vocali longa וּ ponitur, rarius *Schurek* pro Kibbytz. *Kametz chatuph* quomodo à Kametz longo dignoſcatur, in fine *Cap. IV.* docebitur.

*Impropria* vocalis eſt, quæ non facit, ſed connectit ſyllabam: Alias *Breviſſima* vocalis; vocaturque SCHEVA: quod eſt vel Proprium vel Vicarium.

¶ Scheva proprium eſt, quod omnibus literis ſubjici poteſt, & communiter *Scheva Simplex* vocatur, facitque duo puncta ſub litera, ut בְ

Eſtque duplex *Mobile*, quod ut *e* breviſſimum

pronunciatur (velut ſub p in voce pſalmus;) vel *Quieſcens*, cujus ſonus notabilis non auditur.

*Mobile eſt*,

1. Ab initio vocis, ut פְּקַד *pekad.*
2. Poſt vocalem longam, ut פָּקְדָה *pakedah.*
3. Poſt alterum ſcheva,
   ſive expreſſum, ut תִּפְקְדוּ *thiphkedu*;
   ſive latens in dageſch forti, ut פִּקְּדוּ *pikkedu.*

Contrà *Quieſcens* eſt,

1. In fine vocis, ut בָּרַךְ *barach*,
   etſi ſit geminum, ut בָּרַכְתְּ *baracht.*
2. Poſt vocalem brevem, ut תִּפְקַד *tiphkad.*
   vel longam cum accentu tonico, quæ habetur pro brevi, ut פְּקוֹדְנָה *pekodna.*
3. Ante aliud ſcheva, ut יִפְקְדוּ *jiphkedu.*

Adeoque mobile ſemper eſt in initio, quieſcens in fine ſyllabæ.
*Scheva finale* quando *exprimatur*, quando *ſubintelligatur*, *vid. Gramm. p.*11.

¶ *Vicarium* Scheva eſt, quod loco proprii ſub Gutturalibus (irregulariter & rariſſime ſub aliis) ponitur, ad latiorem ſui pronunciationem.

Eſtque vel Compoſitum, vel Incompoſitum, *Compoſitum* eſt, cui jungitur vocalis brevis, cujus ſonum raptim refert: eſtque triplex,

| | | |
|---|---|---|
| *Chateph patach* | ֲ a | raptiſſimum. |
| *Cateph ſegol* | ֱ e | |
| *Cateph kametz (chatuph)* | ֳ o | |

*Chateph* enim ſignificat raptum.

*Incompoſitum* dicitur *Patach genubah*, quod ſub guttura-

gutturalibus ח, ע & הּ cum mappik, in fine vocis, loco ſcheva quieſcentis ſubintellecti ponitur, & ante literam, cui ſubjicitur, ut *a* raptiſſimum pronunciatur: (*ut* רֵחַ reach, רֵעַ reang, גָּבֹהַּ gabheah; *ſic & ante* י. ו & וּ, *non vero ante* ־. *Vid.Gram.p.*12.

Hic *Craſis* frequens eſt, quando Tzere. Chirek & Schurek cum Patach genubah contrahuntur in Patach: ut pro יִפְתֵּחַ eſt יִפְתַּח, pro תַּגִּיעַ eſt תַּגַּע, pro יָנוּחַ eſt יָנַח: Sic & poſſet eſſet contractio Cholem cum Patach genubah in Patach, in Infinit. Imp. & Fut. Kal, ut pro בְּטוֹחַ ſit בְּטַח, pro יִבְטוֹחַ יִבְטַח; niſi ibi utraque terminatio & in Cholem & in Patach uſitata eſſet.

Huic cognatum eſt Patach illud, quod eſt loco prioris ſcheva in fine gemini, ſub gutturalibus ח & ע, quod communiter poſt literam pronunciatur: (*ut pro* לָקַחְתְּ lakacht *eſt* לָקַחַתְּ lakachat.)

---

## CAPUT III.

## De Dageſch & Mappik.

POST puncta Vocalia, ſequuntur Literaria, quæ ventri literarum inſcripta, earum pronunciationi inſerviunt; ſc. Dageſch & Mappik.

Dageſch eſt Duplex, Lene & Forte.

DAGESCH LENE eſt, quod ſex literis בגד כפת (vulgo בְּגַד כְּפַת *begad-kephath* dictis), inſcriptum, aſpirationem ab iis tollit.

Inſcribitur autem iis, 1. Initio dictionis (ut בֵּן ben:)

*ben:*) 2. Poſt ſcheva quieſcens, ſive in medio (ut מַלְכִּי *malci,*) ſive in fine vocis (ut יַרְדְּ *jard.*)

Idem etiam fit in fine vocis poſt patach, quod eſt loco prioris ſcheva in fine gemini. Aliquando etiam ibidem offuſcatur: *vid. Gramm. p.15.*

Excipe (1) *In initio dictionis,* ſi præcedens vox claudatur litera quieſcente aut vocali ſine accentu regio; (quod tamen & rurſum ſuas exceptiones habet:) (2) *In medio vocis,* ſi ſcheva illud fuerit primitivum initiale formæ abſolutæ ſingularis aut pluralis, cum præfixo ſervili; aut è vocali longa (ָ) vel (ֵ) correptum; aut Infinitivi vel Imperativi Kal; aut ſi illud ſequatur vocalem brevem ex ſcheva compoſito natam. Excipe etiam כ in affixis, quod poſt ſcheva quieſcens ſemper aſpiratum manet: & alia ſpecialia, *Vid. Buxtorf. Theſaur. l.1.c.5. in Addit.*

Aſpiratæ *Raphatæ* vocantur, quia olim ſuperne lineola, quæ *Raphe* vocatur, ſignabantur; ut בֿ

ב *Aſpiratum*, ſeu raphatum pronunciatur tanquam *Bh* vel *V*; ut אָב *abh*, אַבָּא *abba:*
*Tenue*, ſeu Dageſſatum tanq. *B*, ut בֵּן *ben:*

כ *Aſpiratum*, tanq. *Ch*, ut לָכַד *lachad:*
*Tenue*, tanquam *K*, ut כֵּן *ken.*

פ *Aſpiratum* ſonat *Ph*, ut אַף *aph:*
*Tenue*, ſonat *P*, ut פָּקַד *pakad.*

In reliquis tribus ג ד ת Hebræi pronunciatione vix diſtinguunt, an illæ aſpiratæ, an tenues ſint.

DAGESCH FORTE eſt, quod omnibus literis, exceptis Gutturalibus & Reſch, inſcriptum, eaſdem pronunciatione geminat; atque inſuper aſpirationem tollit à literis בגד כפת

Eſtque vel Proprium vel Euphonicum.

¶ *Proprium* eſt, quod in media voce poſt vocales breves *, literæ imprimitur; idque vel propter defectum literæ alicujus compenſandæ, (ut

מִכֹּל

מִכֹּל *miccol* pro מִנְכֹּל ) vel requirente characteristica Grammatica, (ut פִּקֵּד *pikked.*)

* Quæ hic *Excipiantur*, vid. Gram.p.16.
*Vocalis longa cum accentu*, aliquando habetur pro brevi.
*Ex litera schevata dagesch forte sæpissime excidit.*

In *Gutturalibus* & *Resch* indagessabilibus fit compensatio per vocalem longam analogam,

mutatis
- ַ in ָ
- ֶ ִ } in ֵ
- ָ ֻ } in ֹ

sic pro פַּקֵּד dicitur בָּרֵךְ, pro אֲפַקֵּד est אֲרָחֵק, pro פִּקֵּד est בֵּרֵךְ pro פֻּקַּד est בּוֹרַךְ·

Veruntamen ante ה & ח rara est compensatio; nec semper ante reliquas א & ע: semper autem ante ר

Kametz tamen compensativum euphoniæ causâ quandoque mutatur in ֶ (*Gram. p.*17.)

¶ *Euphonicum* dagesch est, quod initio vocis, euphoniæ causa, imprimitur, post vocem penacutam, finitam in ָ, הָ & הֶ (eandemque per makkaph privatam;) nec non post duo pronomina מַה & זֶה: Vocaturque dagesch *Initiale*. e.g. זֶה לְּךָ *sellecha (Gram. p.*18.*)*

Mappik est, quod literis ה & י impressum, eas mobiles facit, si sine eo quiescerent.

הּ imprimitur in fine vocis 1. in sex verbis; 2. duobus nominibus Divinis יָהּ & אֱלוֹהַּ; 3. in affixo fœm. gen. הָּ (ubi tamen communiter ה non pro-

profertur; ) 4. in duabus interjectionibus, (*Gram.* *p.* 19.)

*Jod* imprimitur in media voce, post chirek longum, ut שְׁנִיָּה *schenija*, à שְׁנִי.

Nonnulli hoc punctum in jod dagesch forte appellant: Sed rationes Grammaticæ illis potius mappik esse suadent; licet tale jod tanquam dagessatum pronuncietur. Interim res eodem recidit, quocunque nomine idem appelletur.

---

## Cap. IV. De Syllaba.

SYLLABA est literæ per vocalem prolatio. Ejus considerandа *Divisio* & *Accidentia*.

Dividitur syllaba in Simplicem & Compositam.

*Simplex* syllaba est, quæ caret scheva: eaque vel Propria vel Impropria.

*Propria* fit 1. ex litera & vocali longa, (ut בָּ *ba*, בֵּ *be*; ) 2. ex eadem recipiente ad se literam quiescentem (ut בָּא *ba*, בֵּי *be*.)

Sunt autem *Literæ quiescentes* א ה ו י vulgo אֱהֱוִי dictæ. Ex quibus

א & ה vocali destitutæ semper quiescunt.

ו vero & י vocali destitutæ aliquando quiescunt.

*Vau* quiescit in cholem & schurek, ut לוֹ *lo*, לוּ *lu*.

*Jod* quiescit proprie in chirek longo & tzere, (ut לִי *li*, דֵי *de*; ) improprie in sægol (ut גְּלֶינָה *gelena*, & post ָ seq. ו mobili (ut יָדָיו *jadaf*.)

Post reliquas vocales, literæ ו & י moventur. *Vid. Gramm. p.*20, 21.

*Impro-*

*Impropria* ſyllaba fit ex vocali brevi: *ibid.*

*Compoſita* ſyllaba fit per Scheva; (quippe quod non facit, ſed connectit ſyllabam.) Eſtque compoſita, vel

*Ab initio*; ut פְּרִי *peri*, unâ ſyllabâ:

*A fine*, per Scheva quieſcens, ſive expreſſum unum vel duplex, (ut רַךְ *rach*, יַרְדְּ *jard*;) ſive latens in dageſch forti, (ut פִּתִּי *putti*;) ſive ſubintellectum, (ut בַּל *bal*:)

*Vtrinque*; ut בְּרַךְ *berach*. *Vid.Gram.pag*.22.23.

## De Diſtinctione Kametz.

Quum *Kametz longum* eandem cum *Kametz chatuph* habeat figuram, diſtinguuntur hoc pacto:

Kametz longum ante ſcheva ſemper habet accentum metheg; e. g. פָּֽקְדָה (*Except. vid. Gramm. p.* 24.)

Kametz vero ante ſcheva, ſine accentu, eſt Kametz chatuph;

Sive illud ſcheva ſit expreſſum, ut חָכְמָה *chochma*;

Sive ſubintellectũ in fine vocis, ut וַיָּקָם *vaija-* (*kom*;

| Quod & fit ablato accentu per makkaph, ut כָּל־ *col*;

Sive latens in dageſch forti, ut רָנּוּ *ronnu*.

Kametz vero ante ſcheva compoſitum facile dignoſcitur. *Kametz chatuph* enim eſt ante ſolum chateph kametz chat. juxta Reg. de mutat. punct.

V. ut אָהֳלוֹ *obolo*. Secus eſt *Kametz longum*; ut ut ante chateph patach, פָּעֳלָה *paala*; ubi & eſt accentus metheg.

---

# Cap. V. De Accentu.

Accidentia ſyllabæ ſunt Accentus & Mutatio punctorum.

Accentus eſt vel Tonicus vel Euphonicus.

*Tonicus* eſt, qui ſyllabam elevat, præterea que diſtinctioni inſervit, (Judæis etiam Muſicum uſum præſtat:) Poniturque vel in ultima, vel in penultima ſyllaba; unde voces ſunt vel *Acutæ* vel *Penacutæ* (*de quib. Gram.p.25.*)

Eſtque Rex vel Miniſter.

*Rex* eſt, qui ſententiam diſtinguit, & quidem vel fortius, vel lenius, vel leniſſime.

*Fortius* diſtinguentes, (qui proprie *Pauſæ* dicuntur, & punctum, aut duo puncta faciunt,) ſunt duo, *Athnach* & *Silluk*, in ſingulis verſibus Biblicis occurentes: ille in medio verſus, hac figura בָ֑ hic in fine, hoc pacto בָֽ quem duo puncta (׃) quæ *ſoph paſuk*, finis verſus, dicuntur, aſſequuntur.

Quinque *Lenius*, & decem *Leniſſime* diſtinguentes, *vid. Gram. p.27.*

*Miniſter* eſt, qui ſententiam non diſtinguit, ſed continuat, eſtque octuplex: *Gram. p.26.*

Hi

Hi omnes accentus in Grammatica, unica forma, ſc. linea perpendiculari ſub litera, proponi ſolent. Qui accentus *Grammaticus* ideo appellatur.

*Euphonicus* accentus eſt, qui tonico præmiſſus, ſuaviorem pronunciationem efficit: eſtque duplex Metheg & Makkaph.

*Metheg* eſt, qui vocalem, cui adjungitur, decore ſuſpendit; notaturque virgulâ rectâ ſub linea: (*ſicut Silluk, à quo ſitu diſtinguitur*, ut פָּקְדָה (*ubi prior accentus eſt Metheg, poſterior Silluk.*)

*Makkaph* eſt, qui duas pluresve voces connectit, ſublato à præcedentibus vocibus accentu tonico, (miniſtro ſc.) ut cum poſtremæ vocis accentu venuſta pronunciatione coaleſcant; notaturque virgula transverſa: ut וְאַף־גַּם־זֹאת׃ כָּל־הַיּוֹם

---

## CAPUT VI.
## De Mutatione punctorum.

CErto conſilio doctrinam de mutatione punctorum in finem Rudimentorum rejicio: de quo conſule Præfationem.

---

## CAPUT VII.
## De Vocis Affectionibus & Diviſione.

AFfectiones vocis ſunt duæ, Species & Figura Specie vox eſt vel Primitiva, vel Derivativa.

*Primiti-*

*Primitiva* vox RADIX dicitur, tribus communiter constans literis; estque *aut* Præteritum Kal, 3. pers. sing. masc. *aut* Infinitivus Kal, formæ קוּם

Sæpe tamen nomen verbo simplicius, ac potius radix esse videtur: ut à שָׁלֹשׁ *tres*, est שָׁלַשׁ in pihel שִׁלֵּשׁ *tripertitus fuit*.

*Derivativæ* voces, sunt omnes reliquæ.

Hinc literæ *Radicales* dicuntur quæ radicem constituunt, quales sunt omnes; & *Serviles* quæ ad radicem accedunt, quales sunt undecim, משה וכלב איתן

*Figurâ* vox est vel *Simplex*, vel *Composita*.

*Compositæ* voces, quæ à conjunctis sunt distinguendæ, paucissimæ apud Hebræos sunt.

De literis Servilibus, vocibusque Compositis, *vid. Gr. p.* 38.

*Divisione* vox est Declinabilis vel Indeclinabilis.

*Declinabilis* est, quæ flectitur Numero & Genere.

*Numerus* est vel Singularis, vel *Pluralis*. *Dualis* etiam in Nomine datur, rerum naturâ binarum, raro aliarum.

*Genus* est vel *Masculinum*, vel *Fœmininum* vel *Dubium*. *Neutro* Hebræi carent, & pro eo plerumque fœminino utuntur.

Vox *Declinabilis* est Nomen, Pronomen, Verbum & Participium.

*Indeclinabiles* voces Hebræis *Particulæ* vocantur; suntque Adverbium, Præpositio, Conjunctio & Interjectio.

# CAP. VIII. De Nomine Subſtantivo & Adjectivo.

NOMEN eſt vox declinabilis cum caſu. Cujus notanda, 1. Diviſio; 2. Motio maſculini in fœmininum; 3. Comparatio; 4. Declinatio.

DIVIDITUR Nomen in *Subſtantivum* & *Adjectivum*. Subſtantivum rurſus eſt vel *Proprium*, vel *Appellativum*. Ad Adjectivum *Participia* pertinent. (*Ut & in aliis linguis. Vid. Gram. p.* 40. 41.)

MOTIO Maſculinæ formæ (quæ varia eſt) in Fœmininam fit addita terminatione הָ vel ת

Terminatio הָ communiſſima eſt, ut à טוֹב *bonus* eſt טוֹבָה *bona*.

Formatio in ת fit (1) in nudum ת (uti maſculina in י moventur in יָּה (cum mappik in י) & in יִת e. g. שְׁבִיעִי *ſeptimus*, fœm. שְׁבִיעִיָּה & שְׁבִיעִית (2) in ֶת ֶ vel propter guttural. in ַת ַ quæ in Participiis uſitatiſſima, e. g. פֹּקֵד viſitans, fœm. פֹּקְדָה vel פֹּקֶדֶת, שֹׁמֵעַ *audiens*, fœm. שֹׁמְעָה vel שֹׁמַעַת

*Subſtantivum* non movetur; niſi quandoque propter ſexum, ad modum Adjectivorum, & אִישׁ *vir*, movetur in fœm. אִשָּׁה & אֵשֶׁת *mulier*, שָׂר vel שַׂר *princeps*, in fœmin. שָׂרָה

COMPARATIO Adjectivorum fit ſola periphraſi,

*Compara-*

*Comparativus* circumſcribitur per מִן *præ*; *Superlativus*, 1. per מְאֹד *valde*; 2. per binam, trinamve repetitionem; 3. per מִכֹּל *præ omnibus*. *Vid. Gram. p.*46.)

---

## Cap. IX. & X. De Declinatione.

Declinatio Nominis eſt, ſola ejus ex ſingulari in Pluralem; Dualemve, non etiam per Caſus, variatio.

Caſus apud Hebræos ex ſtructura ſermonis, certisque ſignis dignoſcuntur.

ה articulus omnium caſuum eſt.

*Genitivus* per ſtatum conſtructum fere ſignificatur.

ל communiter eſt nota *Dativi*; quandoque & *Accuſativi*; imo & *Genitivi*, poſitum inter duo nomina.

אֵת *Accuſativum* notat; quandoque *Ablativum*, ſignificans *cum* vel *a*.

מִן vel hinc deciſum מ ſeq. dageſch, *Ablativi* caſus nota, ſignificans, *a*, *ex*, *præ*.

De quibus omnibus infra ſuo loco agitur.

Declinationes ſunt *duæ*: Prima Maſculinorum, Secunda Fœmininorum. Utraque flectitur aut in Pluralem, aut in Dualem numerum.

*Pluralis* Maſculinorum flectitur in ים.
Fœmininorum in ות, *Dualis* utriusque in ַיִם.

Hæ

Hæ terminationes, Singulari, niſi in ה deſinat, ſine literarum mutatione adjiciuntur: *e. g.*
in Maſc. טוֹב *bonus*, Plur. טוֹבִים *boni*;
יוֹם *dies*, Dual. יוֹמַיִם *biduum*:
in Fœm. אַגָּן *crater*. Plur. אַגָּנוֹת *crateres*;
יָד *manus*, Dual. יָדַיִם *duæ manus*.

At ſi ſingularis in ה terminetur, h.e. maſculinorum in ֶה aut Fœminorum in ָה; tum illæ terminationes, in Plurali abjectæ, immutantur in terminationem pluralem; in *Duali* verò ה ſingularis numeri cum præcedente puncto mutatur in ת e. g.
Sing. Maſc. יָפֶה *pulcer*. Plur. יָפִים *pulcri*:
Fœm. יָפָה *pulcra*, Plur. יָפוֹת *pulcræ*:
Sing. Fœm. אַמָּה *cubitus*, Dual. אַמָּתַיִם *duo cubiti*.

Nomina ac Participia, quæ Fœmininum & in ה & in ת flectunt (*de quib. Cap. præced. §. 5.*) ſolum à ſingulari in ה deſinente pluralem formant: ut à Fœmin. שְׁנִיָּה vel שֵׁנִית *ſecunda*, eſt plur. שְׁנִיּוֹת; à פֹּקְדָה vel פֹּקֶדֶת *viſitans*, eſt plural. פֹּקְדוֹת; à עֲטָרָה vel עֲטֶרֶת *corona*, eſt pl. עֲטָרוֹת; à מִלְחָמָה vel מִלְחֶמֶת *bellum*, eſt plur. מִלְחָמוֹת; à בְּהֵמָה vel בְּהֶמֶת *beſtia*, eſt pl. בְּהֵמוֹת.

Si autem terminatio fœminina in ת ſolum uſitata ſit, ad formam ָה reducenda, indeque pluralis formandus eſt.

Quomodo contra hæ terminationes penacutæ ת ſæpius in ſtatu conſtructo, ac ſolæ in ſtatu affixo uſurpentur; *vid. Reg. de Mutat. Punct. XII. XIV. & XVIII.*

Maſcu-

Masculina in י. aliquando regulariter in pl. assumunt ים. (uti & in fœm. adscito mappik) ut אִי *insula*, in plur. אִיִּים ; at sæpius solum ם adsciscunt, ut יְהוּדִי *Judæus* in pl. יְהוּדִים

*Quinque masculina*, quæ in plurali irregulariter habent ־ָ, *vid. Gram. p.* 50.

*Fœminina*, quæ in plurali *variant*, *vid. Buxt. Thes. p.* 82.

De iis, quæ propter defectum secundæ radicalis dagesch assumunt, *vid. Clav. de Mut. Punct. Regul.* 8. *nota* 1.

Quomodo hæc declinatio nominis, *Puncta* sæpe mutet, & crescente voce literæ decrescant, *in Clavi de Mutat. Punct. docebo.*

Anomalias Declinationum, *vid. Gram. Cap. X.* in fine.

## Cap. XI. De Pronomine.

Pronomina sunt vel Separata vel Inseparabilia.

¶ Separata sunt vel Integra vel Defectiva.

*Integra* genere & numero, sunt tria, tres personas indicantia : ut

| | Singular. | | Plural. | |
|---|---|---|---|---|
| 1. | אֲנִי vel אָנֹכִי | *ego*, c. | אֲנַחְנוּ[d] | *nos*, c. |
| 2 | אַתָּה[a] | *tu*, m. | אַתֶּם | *vos*, m. |
| | אַתְּ[b] | *tu*, f. | אַתֶּן[e] | *vos*, f. |
| 3 | הוּא | *ille*, | הֵם[e] | *illi*, |
| | הִיא | *illa*. | הֵן[e] | *illæ*. |

[a] Raro sine ה scribitur אַתָּ [b] Invenitur & raro cum jod redundante אַתִּי [c] Sæpissime cum ו scribitur הוּא [d] Rarius per aphæresin dicitur נַחְנוּ [e] Cum ה paragogico dicitur & אַתֵּנָה, הֵמָּה, הֵנָּה.

De-

*Defectiva*, sunt aut Singularia aut Pluralia tantum, *vid. Gram. p.57.*

Utriusque generis & numeri sunt, pronomen Relativum אֲשֶׁר, &

Interrogativum, vel de { Persona מִי / Re מַה, *vid. ibid.*

¶ *Inseparabilia* pronomina sunt, vel Præfixa vel Affixa.

PRÆFIXA sunt duo שׁ & ה

I. שׁ ex אֲשֶׁר decisum idem significat; idemque punctum ·: Regulariter obtinet sequente dagesch, (*etiam ante gutturales sine compensatione.*) *Irregulariter habet* Patach *seq. dagesch, raro* Scheva, *semel* Kametz. *Gram. p.* 58.

II. ה articulus ex הוא decisus, habet *Patach* sequente dagesch. (*ibid.*)

Quomodo ‑ ante gutturales compensetur per vocalem longam analogam ‑, attamen ante ה & ח rara sit compensatio, & loco ‑ quandoque sit ·:, ob κακοφωνίαν vitandum; *in loco de Dagesch fortis Cap. III. dictum est.*

AFFIXA Pronominis describunt *pronomina Possessiva*, adjecta nominibus & adverbiis; item *casum Accusativum*, quandoque *Dativum* & *Ablativum*, adjecta verbis & præpositionibus: (*ut in statu affixo, secunda parte Gram. demonstrabitur.*)

Distinguendæ sunt *Formativa Conjugationum* ab Affixis.

Affixa ſunt Literaria vel Syllabica : ut,

Ex אֲנִי { lit. י ; ſyll. נִי }

Ex { אַתָּה ſyll. ךָ ; אַתְּ { lit. ךְ ; ſyll. כִי } }

Ex { הוּא { lit. ו & וֹ ; ſyll הוּ & נוּ } ; הִיא { lit. הָ ; ſyll. הָ & נָה } }

Ex אֲנַחְנוּ ſyll. נוּ

Ex { אַתֶּם ſyll. כֶם ; אַתֵּן ſyll. כֶן }

Ex { הֵם { lit. ם ; ſyll. הֶם & מוֹ } ; הֵן { lit. ן ; ſyll. הֶן } }

Quomodo ת in affixis mutetur in כ & quædam literæ per paragogen & epentheſin adjiciantur, *vid. Gram. p. 60*.

---

## Caput XII. De Verbo.

VErba ſunt vel Analoga, vel Anomala: Quorum conſideranda, Conjugatio & Significatio.

*Conjugationes* ſunt Quatuor:

1. *Kal*, & ejus paſſivum *Niphal*,
2. *Pihel*, ejusque paſſivum *Pyhal*,
3. *Hiphil*, ejusque paſſivum *Hophal*,
4. *Hithpahel.*

Conjugatio fit ſecundum Tempora, Perſonas, Genus, & Numerum.

*Tempora* ſunt Præteritum, Participium, (quo & Præſens

Præſens denotatur) Infinitivus, Imperativus & Futurum.

*Perſonæ* ſunt tres.

*Genus* eſt Maſculinum, Fœm. vel Commune.

*Numerus* eſt Singularis vel Pluralis.

*Modi* nulli ſunt apud Hebræos.

*Præteritum* unicum eſt: quo circumſcribitur Præteritum Imperfectum, Perfectum & Plusquamperfectum.

*Formativæ* conjugationum, quomodo ex Pronomine trium perſonarum fiant, *vid. Gram. p.63. & 64.*

De *Significatione* Conjug. *vid. p.* 67. 68. 69.

---

# CAP. XIII. De Verbis Analogis.

Prima conjugatio dicitur KAL *Levis*, quia facillima, & ſequentes facilitat. Quare hanc ſolam primùm diſcet tiro; & tribus illius conjugationis temporibus (*quæ proprie ſolum conjugantur*) Præterito, Imperativo & Futuro, firmiter memoriæ impreſſis, facile reliquas conjugationes ad imitationem recitabit; quum tria illa tempora reliquarum conjugationum in easdem cum Kal flectantur formativas ſeu terminationes finales, eædemque literæ א י ת ן Futuro in omnibus conjugationibus (licet cum variis punctis) præfigantur: niſi quod Hiphil parumper variet, ibidemque perſonæ in תָ וּ & י. finitæ ſint penacutæ: e. g. Præteritum Niphal eodem modo ac Kal conjugatur, ſi modo pro ſyllaba initiali פָ ubique dicatur נִפְ; & ſic in cæteris.

*Participiorum* motio jam ex Declinationibus ſcitur; quia tantum inſtar Nominum, è maſculino in fœm. & è ſing. in plural. flectuntur.

Nec *Infinitivus* conjugatur, ſed ſolummodo eſt vel Abſolutus vel Conſtructus. *Ut ex ſeq. Paradigmate apparet.*

## KAL.

### Infinitiv.

*abſolutus* פָּקוֹד
*conſtr.* פְּקֹד vel פְּקוֹד

### Imperativ.

| *Plur.* | | *Sing.* | |
|---|---|---|---|
| פִּקְדוּ | (פְּקֹד) | פְּקוֹד | m. |
| פְּקוֹדְנָה | | פִּקְדִי | f. |

### Futurum.

*Sing.*

| *fœm.* | *maſc.* | |
|---|---|---|
| *com.* (אֶפְקֹד) | אֶפְקוֹד | 1. |
| תִּפְקְדִי | תִּפְקוֹד | 2. |
| תִּפְקוֹד | יִפְקוֹד | 3. |

Plural.

| | | |
|---|---|---|
| *comm.* | נִפְקוֹד | 1. |
| תִּפְקוֹדְנָה | תִּפְקְדוּ | 2. |
| | יִפְקְדוּ | 3. |

### Præteritum.

*Sing.*

| *fœm.* | *maſc.* | |
|---|---|---|
| פָּקְדָה | פָּקַד | 3.*perſ.* |
| פָּקַדְתְּ | פָּקַדְתָּ | 2. |
| *comm.* | פָּקַדְתִּי | 1. |

*Plural.*

| | | |
|---|---|---|
| *comm.* | פָּקְדוּ | 3. |
| פְּקַדְתֶּן | פְּקַדְתֶּם | 2. |
| | פָּקַדְנוּ | 1. |

### Particip. præſ.

| *Plural.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| פֹּקְדִים | פֹּקֵד | *maſc.* |
| פֹּקְדוֹת | פֹּקְדָה vel פֹּקֶדֶת | *f.* |

### Part. Præt. Pahul.

| *Plural.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| פְּקוּדִים | פָּקוּד | *maſc.* |
| פְּקוּדוֹת | פְּקוּדָה | *fœm.* |

Ut ad imitationem KAL reliquæ conjugationes (quarum Paradigmata *Gramm. p.* 79. 80. 81. & 82. viſuntur) addiſcantur, memoriam juvabit ſequens tabella.

# TABELLA CONJUGATIONUM ANALOGARUM.

| Futurum. | Imperat. | Infinitiv. | Particip. | Præterit. |
|---|---|---|---|---|
| אֶפְקוֹד vel אֶפְקַד | פְּקוֹד vel פְּקַד | absolutus, פָּקוֹד constructus פְּקוֹד vel פְּקַד | præsens פֹּקֵד præterit. פָּקוּד | פָּקַד Kal. |
| אֶפָּקֵד | הִפָּקֵד | הִפָּקֵד | נִפְקָד | נִפְקַד Niph. |
| אֲפַקֵּד | פַּקֵּד | פַּקֵּד | מְפַקֵּד | פִּקֵּד Pihel. |
| אֲפֻקַּד | Caret. | פֻּקּוֹד | פֻּקָּד 1. מְפֻקָּד 2. | פֻּקַּד Pyhal. |
| אַפְקִיד vel אַפְקֵד | הַפְקֵד | הַפְקִיד vel הַפְקֵד | מַפְקִיד | הִפְקִיד Hiph. |
| אָפְקַד | Caret. | הָפְקֵד | הָפְקָד 1. מָפְקָד 2. | הָפְקַד Hoph. |
| אֶתְפַּקֵּד | הִתְפַּקֵּד | הִתְפַּקֵּד | מִתְפַּקֵּד | הִתְפַּקֵּד Hith. |

*NOTA hic, 1. de Particip.*

*Kal* duo habet Participia, diversæ significationis. Reliquæ solummodo unum. Et licet raro in Pyhal, & rarissime in Hophal alterum participium forte inveniatur, utrumque tamen unius ejusdemque est significationis.

Quinque posteriores conjugationes habent מ ab initio Participiorum; *Pihel* & *Pyhal* cum (:) *Hiphil* cum (-) *Hophal* cum (∵) *Hithpahel* cum (·)

*2. De Infinitivo.*

Omnis Infinitivus desinit in (··) excepto *Kal* & *Pyhal.* Hiphil autem & in tzere & in chirek desinit.

*3 De Imperativo.*

Omnis Imperativus similis est Infinitivo.

*Pyhal* & *Hophal* Imperativo carent.

*4. De Futuro.*

Futurum similiter fit ab Infinitivo, præpositis solum literis אית״ן dictis vulgo *ethan:* nisi quod in *Pyhal* terminatio puncti ׳ & in *Hophal* terminatio (··) mutandæ in (‾).

*5. De Verbis in genere.*

In Verbis itaque,
- Si initio sit
  - נ, est nota conjugationis Niphal,
  - מ nota Participii,
  - Literæ אית״ן (*ethan*) nota Futuri;
  - Nisi illæ literæ sint radicales, & Præteritum ab una ex his sex literis incoet.
- Si Dagesch forte sit in prima radicali, est nota conjugationis Niphal;
- Si Dagesch in media radicali, est conjugatio Pihel aut Pyhal.
- Hithpahel facile dignoscitur ex præfixa integra syllaba הִתְ vel מִתְ vel אֶתְ *&c.*

---

# Cap. XIV. De Verbis Anomalis, & Defectivis Primâ.

Plenior Conjugationum Anomalarum scientia ex Grammatica petenda est: ad quas facilitandas hæc pauca tironibus trado.

Conjugationes ANOMALÆ sunt vel Deficientiũ, vel Quiescentium; & quidem vel

vel Primâ, vel Secundâ, vel Tertiâ radicali.

*Deficientia*

1. Radicali, ſunt verba Incipientia à נ, ut נָגַשׁ
2. Radicali, ſunt Secundam geminantia, ut סָבַב
3. Radicali, ſunt Habentia in fine ן vel ת, ut כָּרַת נָתַן

*Quieſcentia*, ſunt Verba quæ conſtant una ex literis Quieſcentibus אהוי (*ehevi*) habentia in

1. Radicali י, *Paradigm.* יָשַׁב
2. Radicali ו vel quandoque י, *Parad.* קוּם
3. Radicali א vel ה. *Parad.* גָּלָה מָצָא

NOTA Quædam verba ſunt duplicis anomaliæ: quæ I. *Duabus radicalibus deficiunt*; ut primâ & ſecundâ [a], aut primâ & tertiâ [b], aut ſecundâ & tertiâ [c]: II. *Duabus radicalibus quieſcunt*; ut primâ & tertiâ [d], aut ſecundâ & tertia [e]: III. *Unâ radicali deficiunt, alterâque quieſcunt*; ut primâ deficientia, & ſecundâ quieſcentia [f], aut primâ deficientia & tertiâ quieſcentia [g], aut quieſcentia primâ & deficientia ſecundâ [h], aut quieſcentia primâ & deficientia tertiâ [i], aut tandem quieſcentia ſecundâ, & deficientia tertiâ radicali [k]: e g.

אָבָה יָדָה יָצָא:[d] עָתַת חָנַן:[c] נָשַׁת נָתַן:[b] נָסַס[a]
בּוֹן:[k] יָצַת יָמַן:[i] יָרַד:[h] נָשָׁה נָשָׂא:[g] נוּר:[f] בּוֹא:[e]
מוּת: *Vid. Gram. p.* 123 140: & 141. 149: & 150. 165.

Quia eſt cognatio quædam inter Defectivas ac Quieſcentes conjugationes, commode poſt Deficientes prima radicali mox ſubjiciuntur Quieſcentes prima radicali. Et ſic poſt Deficientes ſecundâ mox Quieſcentes ſecundâ; ac porro poſt Def. 3. ſtatim Quieſc. 3 radicali tractantur.

*Deficientes Primâ radicali*, ſunt Verborum à נ incipien-

incipientium ; Paradigmate נָגַשׁ *accessit.* In quibus *Nun* deficit, aut

*Irregulariter*, sine compensatione dagesch ;

In solo Infinitivo & Imperativo Kal:

ut in Infinit. גֶּשֶׁת, in Imp. גַּשׁ .

*Regulariter*, quando voce ab initio crescente, *Nun* cum scheva quiescenti veniens, compensatur per dages forte ;

Ut in Futuro Kal, in Præterito & Particip. Niphal, totaque conjugatione Hiphil & Hophal: Sic in Fut. Kal. אֶגַּשׁ pro אֶנְגַּשׁ, in Niph. נִגַּשׁ pro נִנְגַּשׁ, in Hiph. הִגִּישׁ pro הִנְגִּישׁ, in Hoph. הֻגַּשׁ pro הֻנְגַּשׁ

*In quibus omnibus ratio conjugandi est eadem quæ in* פָּקַד*: Imo Præteritum & Participium utrumque in Kal, & integræ Conjugationes Pihel, Pyhal & Hithpahel plane analogæ sunt; (quippe in quibus Nun nunquam venit cum scheva quiescenti.)*

Nota, Huc referunt octo verba à *Jod* incipientia, & duo à ל incoantia, *vid. Gram. p.* 92.

---

## Cap. XV. De Quiescentibus Prima Jod.

Quiescentes *Prima radicali*, sunt Verborum à *Jod* incipientium ; Paradigmate יָשַׁב *sedit.* In quibus

*Irregulariter* Jod abjicitur;

In

In ſolo Infinitivo & Imperativo Kal:
ut in Infinit. שֶׁבֶת , in Imp. שֵׁב:

*Regulariter*,

Aut Jod habent quieſcens in vocali longa, tzere vel chirek; idque

*In tzere* vel

Occulte, ut אֵשֵׁב

Expreſſe, ut אֵישֵׁב

*In chirek*, cum terminatione regulari in patach, ut אִינַק *ſugam.*

Aut Jod in Vau cholem vel ſchurek commutant; ut in Niphal נוֹשַׁב, in Hiphil הוֹשִׁיב & in Hophal הוּשַׁב

*In quibus rurſum ratio conjugandi eſt eadem quæ in* פָּקַד: *Imo etiam Præteritum & Participium utrumque in Kal, atque integræ Conjugationes Pihel, Pyhal, & Hithpahel analogæ ſunt.*

NOTA, Huc ſpectant *quædam verba ab* א *incipientia*, quæ in ſolo Futuro Kal anomala ſunt, ibidemque א habent quieſcens in Cholem expreſſe vel occulte, ac præterea ſæpe in Tzere deſinunt. *Plurima* vero eorum verba analoga ſunt. *Vid. Gr. p.* 102. & *Buxt. Theſ. p.* 109.

---

## CAP. XVI. De Defectivis Secunda, ſeu Geminantibus Secundam.

D*Efectivæ Secunda radicali*, ſunt Verborum ſecundam geminantium; Paradigmate סָבַב & contracte סַב *circumdedit*:

Quæ,

Quæ, per defectum secundæ radicalis, in monosyllabam contracta, deficientem per dagesch forte, quum vox à fine crescit compensant; & in Præterito Kal, Niphal, Hiphil & Hophal, in secunda & prima persona, tam sing. quam pl. numeri assumunt cholem, ut possit exaudiri dagesch forte. *Reliqua vid. Gram. p. 169. & seqq. & ex ipso Paradigmate addiscenda sunt.*

## CAP. XVII. De Quiescentibus Secundâ Vau vel Jod.

QUiescentes Secundâ radicali, sunt Verborum habentium in medio ו vel quandoque וֹ vel rarius י.; Paradigmate קוּם surgere: ad cujus modum conjugantur etiam reliquæ formæ בּוֹשׁ *erubescere*, & בִּין *intelligere*.

Horum Anomalia est in Secunda radicali vel quiescente vel abjecta. *Reliqua rursum vid. Gram. p.124. & seqq. atque in ipso Paradigmate.*

Huo non spectant verba quæ habent *Vau* vel *Iod mobile* in medio; út quæ in ה desinunt, & pauca alia: e. g. קִוָּה *exspectavit*, הָיָה *fuit*, שִׁוַּע *vociferatus fuit*, אָיַב *inimicatus fuit*.

## CAP. XVIII. De Defectivis Tertiâ Nun vel Thau.

DEficientes Tertiâ radicali, sunt habentium in fine ן vel ת; quæ sequente in formativis conjugandi

jugandi alio נ vel ת, deficientes, per dageſch forte, juxta præcepta de dageſch forti, compenſantur.

*Ut nulla hic ſpecialis anomalia ſit, quæ ſpecialibus Paradigmatis tradi opus habeat; ideoque à pleriſque Grammaticis ea omittitur, quæ tamen hoc loco notanda eſt.*

*Deficientium Tertiâ Nun* Paradigma proponitur נָתַן *dedit*; Quæ deficiunt ſequente alio נ in formativis conjugandi נוּ vel נָה; quarum *illa* eſt Præteriti Kal prima pluralis, hæc Imperativi & Futuri pluralis fœm. ut נָתַנּוּ pro נָתַנְנוּ &c.

*Deficientium Tertiâ Thau* Paradigma eſt כָּרַת *cecîdit*: Quæ deficiunt ſequente alio ת, in formativis Præteriti תָ, תִּי, תֶּם, תֶּן; ut כָּרַתָּ pro כָּרַתְתָּ &c.

*Nota* dictum Verbum נָתַן etiam hunc defectum patitur in nun finali, ſequente formativa תָ: præterquam quod & nun initiale ſpectet ad defectivas prima radicali. *Vid. Gram. p.* 138.

---

## Cap. XIX. De Quieſcentibus Tertiâ Aleph.

Quieſcentes Tertiâ radicali ſunt Verborum habentium in fine א vel ה.

*Quieſcentium Tertiâ rad.* א, Paradigma eſt מָצָא *invenit*: In quibus א vocali deſtitutum, ut plurimum quieſcit in vocali longa; atque ratio conju-

conjugandi facillima eſt, proxime ad formam integram accedens. *Conſule Gramm. & Paradigma*.

## Cap. XX. De Quieſcentibus Tertiâ He.

Quieſcentium Tertiâ ה, Paradigma eſt גָּלָה *revelavit*: In quibus ה *aut* quieſcit vocali deſtitutum, *aut* abjicitur, *aut* in ת vel י mutatur. Singula fere tempora propriam habent terminationem.

Omne *Præteritum* in (ָ) deſinit,
*Participium* in (ֶ) excepto pahul,
*Infinitivus* in ה vel ות vel regular. in ה..
*Imperativus* in (ֵ) *Futurum* in (ֶ).

## Caput XXI.

De Verbalibus *vid. Gramm. p.* 167.

## Cap. XXII. De Particulis.

Voces indeclinabiles Hebræis Particulæ dictæ, ſunt *Adverbium*, *Præpoſitio*, *Conjunctio*, & *Interjectio*.

### De Adverbio.

*Separabilia* adverbia *vid. Gramm. p.* 179.
*Inſeparabilia* ſunt vel *Præfixa* duo, כ ſimilitudinis,

dinis, & ה interrogationis; vel *Affixum* unicum, ה locale.

כ Eſt aut Adverbium, ſignificans *ſicut*; aut Præpoſitio, ſignificans *juxta*, *ſecundum*. Punctationem ejus *vid. infra in Præpoſitionibus*.

ה Interrogationis, *Regulariter* habet (-:), ut הֲלֹא *annon*.

Quomodo hoc (-:) ſequente alio ſcheva reſolvatur in (-) *vid. Regul. de Mutat. Punct. V.*

*Irregulariter*, cum הַ articuli punctatione aliquatenus conveniens, habet (-) ſine vel cum dageſch ſequente, vel etiam (∵) *Vid. Gram. p.* 181.

ה Locale, ſignificans *In*, *Ad*, *Verſus*, habet ante ſe (ָ), voce penacutâ, ut סְדֹֽמָה *Sodomam verſus.*

## De Præpositione.

*Separabiles* Præpoſitiones *Vid. Gram. p.* 182.

*Inſeparabiles* Præpoſitiones ſunt literæ בכלם, vulgo dictæ *bachlam*. Ex quibus

ל, כ, ב eodem modo punctantur, habentque *Regulariter* Scheva, ut בְּדָבָר *in verbo*.

Quomodo illud Scheva, ſequente alio ſcheva mutetur in chirek, *vid. Reg. III.* & quomodo ſequente ſcheva compoſito (-:), (∵:) aut (ָ:), loco chirek punctum cognatum adſumatur, ibidemque *Craſis* & *Reſolutio* quandoque adhibeatur, *Reg. V.* *docetur*.

*Irregulariter* habent

1. Sæpe (ָ) ante monoſyllabam aut diſſyllabam penacutam, ſive cum pauſa, ſive etiam cum accentu minore; ut בָּהֶם *in illis*, לָמַיִם *ad aquas*, כָּזֹאת *ſicut hoc*.

2. Exclu-

2. Exclufo ה articulo recipiunt ejus vocalem ut כַּמּוֹץ *ficut gluma*, pro כְּהַמּוֹץ:

Sic & exclufa characteriftica Niphal aut Hiphil, ejus vocalem fufcipiunt ב & ל. *Gram.p.*183.

מ Decifum ex מִן illius punctum, fc. chirek breve retinet, & ן abjectum compenfat per dagefch f. ut מִדָּבָר *ex verbo*, pro מִן דָּבָר:

Quomodo illud chirek fequente indagefſabili compenfetur per vocalem longam analogam tzere, eaque compenfatio fæpe negligatur, ac dagefch etiam ex litera fchevata fæpiffime excidat: *vid. in loco de Dagefch forti Cap. III.*

Quomodo ante Affixa illud מ aliquando geminetur, ut dagefch melius exaudiatur, *vid. Gram p.* 247. 248.

## De Coniunctione.

*Separabiles* Conjunctiones *vid. Gram.p.*185.

*Infeparabiles* funt duæ שׁ & ו præfixæ.

שׁ non tantum eft Pronomen, fed & Conjunctio, fignificans *quòd*; eadem habens puncta, quæ Pronomen; *de quibus vid. Cap. XI.*

ו Eft *vel* fimpliciter Copulativum, dictum *Vau Chibbur*; *vel* fimul Converfivum, convertens fignificationem Præteriti in Futuram, & contra Futuri in Præteritam, dictum *Vau Hippuch.*

*Vau Chibbur*, feu Copulativum

(*fimiliter fere ut tres literæ* ב· כ· ל)

*Regulariter* habet Scheva, ut וְדָבָר *& verbum.*

Quomodo rurfum illud Scheva fequente alio fcheva, (fc. fub ה ח &י) mutetur in Chirck, *vid. Reg. III.* Et quomodo fequente fcheva compofito, loco chirek punctum cognatum adfumatur, ibidemque *Crafis* & *Refolutio* ufu veniat, *vid. Reg. V.* (*ut & paulo ante de literis* ב, כ, ל *dictum eft.*

*Irregulariter* habet

1. Schu-

1. Schurek

Ante aliud Scheva (*sc. quod non est sub* ה, ח, י, *ut* §. *praeced.*) ut וּסְלַח *& remitte.*
Et ante literas בומף ( propter concursum literarum unius organi ὁμόφωνον ) ut וּפָקַד *& visitavit.*

2. Kametz ante monosyllabam aut dissyllabam penacutam: (*sc. si ea sit cum accentu rege, vel etiam quandoque extra pausam; vel si* ו *sit inter duo nomina, quorum posterius est monosyllabum, aut dissyllabum penacutum. Exempla vid. Gram. p.*186.)

*Vau Hippuch* seu Conversivum

*Praeterito* praefixum, eadem habet puncta, quae Vau Chibbur; & quandoque Accentum rejicit ex penultima in ult. ut וְאָמַרְתָּ pro וְאָמַרְתָּ *& dices.*

*Futuro* praefixum habet Patach sequente Dagesch; Et contrà, Accentum quandoque ex ultima in penult. retrahit:

Unde correptio est (‥) in (∵) & ו in (ָ) chat. ut וַיֹּאמֶר *& dixit*, pro יֹאמַר, וַיָּקָם *& surrexit*, pro יָקוּם: *Vid. Reg. X. de Mut. Punct.*

Quomodo Patach sub Vau, sequente indagessabili א, mutandum in (ָ) analogum ex compensatione Dagesch f. *Cap. III. explicatâ*, scitur, ut וָאֶפְקֹד *& visito.*

INTERIECTIONES *vid. Gram. p.*188.

## Cap. XXIII. De Figuris.

FIGURAS, quæ ſunt Syncope, Apocope, Aphæreſis, Paragoge, Epentheſis, Proſtheſis, Methatheſis, Anthitheſis, Craſis, Chaldaiſmus, & Syriſmus, *vid. Gramm. p.* 189. *& ſeqq.*

---

# RUDIMENTORUM PARS II.

## *De*
## SYNTAXI.

---

SYNTAXIS Hebræa duplex eſt, Colligata & Separata.

*Colligata* Syntaxis eſt in ſtatu Conſtructo, & Conjuncto.

STATUS CONSTRUCTUS eſt duorum Subſtantivorum, quorum poſterius ut apud Latinos in Genitivum flectitur, ſic prius apud Hebræos mutatur; cui opponitur *Status Abſolutus* : ut דִּבְרֵי מֶלֶךְ *verba regis*, pro abſoluto דְּבָרִים *verba.*

Quomodo inter hæc duo nomina aliquando intercedant particulæ; & quomodo loco Subſtantivi aliquando ſit *Adjectivum nominale, participale ac numerale* (quæ videlicet vim conſtruendi habent, ut & apud latinos dicitur, *dives nummis, immundus corpore*, &c.) aliquando *Infinitivus*, qui ſæpe loco ſubſtantivi uſurpatur) imo *Adverbium*, &c. *vid. Buxt. Theſ. l.* 2 *c* 3. *Reg.* 1. *&* 4.

Immutatur ſola terminatio fœm. ה ָ in ת ַ atque terminatio maſc. plur. ִים. ac dual. ַיִם in ֵי. Ut אִמְרַת יְהוָה *verbum Jehovæ*, pro abſoluto אִמְרָה:

צוֹרֵי

צוּרֵי הַיְּעֵלִים *rupes rupicaprarum*, pro absoluto צוּרִים;

Reliquæ terminationes omnes invariatæ manent, ut דֶּרֶךְ נָשִׁים *via* seu *consuetudo mulierum*, ubi vox דֶּרֶךְ à forma absoluta non differt.

Quomodo hic status constructus *Puncta* sæpissime immutet, ex Clavi mutationis punctorum addiscendum est.

---

## CAP. II. De Affixis Nominum.

STatus *conjunctus* est in Præfixis & Affixis. De *Præfixis* (quæ sunt ה interrogationis, ש pronomen & conjunctio, ו copula, atque literæ ב, כ, ל, מ) *parte prima dictum est*.

*Affixa* sunt vel Adverbii, quale unicum ה locale, *de quo & suprà*; vel Pronominis, *de quibus hoc loco*.

*Affiguntur Pronomina* vel Nominibus, vel Verbis, vel Particulis.

AFFIXA NOMINUM sunt, quæ nominibus affixa, pronomina possessiva supplent; suntque vel ad Singularem, vel ad Pluralem, Dualemve numerum, in utroque genere, tum Masc. tum Fœm. * quæ ex sequente schemate tiro memoriæ mandabit, maxime ea, quæ ut utilissima extra parenthesin leguntur.

* In translatione tamen latina Affixorum neutrum addidi; quia in explicatione latina textus hebræi necessarium est, nomini latino neutrius generis jungere pronomen neutrum.

## Affixa ad Nomen Singul. numeri.

ִי *meus, a, um,* commun. gener. de persona vel re tum mascul. tum fœm.

ְךָ / ֵךְ (vel ֵכִי) *tuus, a, um,* { si de masculin. / de de fœm. sit sermo.

וֹ (vel ֵהוּ) / ָהּ (vel ֶהָ) *ejus,* { masculin. / fœminin.

ֵנוּ *noster, a, um,* commun. gen.

ְכֶם (vel ֵכֶם) / ְכֶן (vel ֵכֶן) *vester, a, um,* { de masculin. / de fœminin.

ָם (vel ֵהֶם item ָמוֹ) *eorum.*
ָן (vel ֵהֶן) *earum.*

## Affixa ad Nom. Plur. numeri.

ַי *mei, æ, a,* comm. gen.

ֶיךָ / ַיִךְ (vel ַיְכִי) *tui, æ, a,* { de masc. / de fœm.

ָיו / ֶיהָ *ejus* { mascul. / fœmin.

ֵינוּ *nostri, æ, a,* commun. gen.

ֵיכֶם / ֵיכֶן *vestri, æ, a,* { de masc. / de fœm.

ֵיהֶם (vel ָם item ֵימוֹ) *eorum.*
ֵיהֶן (vel ָן) *earum.*

Exem-

## Exempli Gratiâ

### Affixa ad Nom. Sing. צוּר *rupes.*

צוּרִי *rupes mea,* ſive maſc. ſive fœm. loquatur.
צוּרְךָ *rupes tua,* ſi de maſculino ſit ſermo.
צוּרֵךְ *rupes tua,* ſi de fœmin.
צוּרוֹ *rupes ejus,* de maſculino.
צוּרָהּ *rupes ejus,* de fœminino.
צוּרֵנוּ *rupes noſtra,* tum de maſc. tum fœm.
צוּרְכֶם *rupes veſtra,* de maſculinis.
צוּרְכֶן *rupes veſtra,* de fœmininis.
צוּרָם *rupes eorum.*
צוּרָן *rupes earum.*

### Affixa ad Nom. Plural. צוּרִים

צוּרַי *rupes meæ,* ſive maſc. ſive fœm. loquatur.
צוּרֶיךָ *rupes tuæ,* ſi de maſculino ſit ſermo.
צוּרַיִךְ *rupes tuæ,* ſi de fœminino.
צוּרָיו *rupes ejus,* de maſculino.
צוּרֶיהָ *rupes ejus,* de fœminino.
צוּרֵינוּ *rupes noſtræ,* de utriſque.
צוּרֵיכֶם *rupes veſtræ,* de maſculinis.
צוּרֵיכֶן *rupes veſtræ,* de fœmininis.
צוּרֵיהֶם *rupes eorum.*
צוּרֵיהֶן *rupes earum.*

Ut *in Statu Conſtructo* mutatur terminatio fœm. ָה in ַת, & terminatio plural. ִים. dualiſve ַיִם in ( ֵי ): Sic *in ſtatu Affixo* terminatio fœm. ָה mutat ה in ת, at manente præced. ( ָ ); & terminationes plural. ִים. ac dual. ַיִם tolluntur. (Ut ab אֵימָה *terror* eſt אֵימָתוֹ *terror ejus*, à צוּרִים *rupes* eſt צוּרַי *rupes meæ*, à יָדַיִם *manus* eſt יָדֶיךָ *manus tuæ*.)

Terminatio autem maſculina ֶה ut in flexione nominis, ſic & hic in affixis abjicitur. (ut à רֹעֶה *paſtor* eſt רֹעִי *paſtor meus*.)

Reliquæ terminationes omnes invariatæ manent. (ut à צוּר rupes eſt צוּרִי *rupes mea*.)

*N.B.* Terminatio plur ִים & dual ַיִם proprie abjiciunt ם cum præcedente puncto, ſervato jod, indice pluralis numeri: quod jod etiam terminatio fœm. pl. וֹת in affixis, tanquam ex forma maſc. adſumit. Sed brevitatis & perſpicuitatis cauſa dixi, ſimpliciter terminationes ִים & ַיִם in affixis tolli; illudque jod ad affixa pluralis ac dualis numeri tum maſculinorum tum fœmininorum retuli, licet ex forma plurali ִים ac duali ַיִם derivetur.

Nominibus in vocali longa finitis adduntur affixa Nuda, h. e. ſine prævia vocali, (*excepto affixo primæ perſonæ quod vocali veſtitur*) *De quibus vid. Gram. p. 206. in fine, & ſeqq.* Uti reliqua affixa cum prævia vocali, Vestita dicuntur: [*Ex quibus terminatio* fœm. ֶה *pro affixis* וֹ, ָהּ *habet* ֵהוּ, ֶהָ, *& ante affixa* כֶם, כֶן, הֶם, הֶן *loco ſcheva habent tzere. Vid. Gram. p. 217. in voce* מִקְנֶה ]

Qua-

Quatuor affixa כֶם, כֶן, הֶם, הֶן, vocem cui affiguntur, ad formam ſtatus conſtructi immutant; ideoque AFFIXA CONSTRUCTA vocantur.

[*Affixum* מוֹ *eſt ſæpiſſime pluralis numeri ex* הֵם, *cum* ו *paragogico*, *&* *aliquando ſing. numeri ex* הוּא, *cum* מ *epenthetico*, *ut Gen*. 9. 26: 27. *Job*. 20. 23. *Pſ*. 11. 7. *Eſ*. 53. 8. *&c*. *Vid. Gram. p*. 61. *in fine*. *& Buxt. Theſaur. p*. 381. *&* 405.

Quomodo forma מִלְחָמָה, בְּהֵמָה &c. nulla affixa adſciſcat, *vid Reg. de Mut. Punct. XI. & XIII.*

Quomodo autem ſtatus affixus ſæpiſſime etiam *Puncta immutet*, ex Clavi Mut. Punct. diſcendum eſt.

Hîc notanda autem hæc Regula; de qua *vid. Buxtorf. Theſ. l*. 2. *c*. 7.

Affixa cum antecedentibus ſubſtantivis, aut cum re vel perſona, de qua ſermo eſt, in eodem genere & numero conveniunt, non autem cum iis nominibus quibus affiguntur:

e. g. נִטְעוּ גַנּוֹת וְאִכְלוּ אֶת פִּרְיָהֶן *plantate hortos & comedite fructum eorum*; ubi voci ſingulari maſculinæ פְּרִי jungitur affixum pronominis pluralis fœmininum, quod reſpicit vocem pl. fœm. גַּנּוֹת:

---

## CAP. III. De Affixis Verborum.

AFfixa Verborum ſunt, quæ verbis activis affixa, *Accuſativum* pronominum primæ, ſecundæ & tertiæ perſonæ, utriuſque numeri deſcribunt:

scribunt: ut à שָׂם *posuit*, est שָׂמַנִי *posuit me*, שָׂמְךָ *posuit te*, שָׂמוֹ *posuit eum*, שָׂמָנוּ *posuit nos*, *&c.*

Quandoque affixa verborum elliptice *Dativum*; imo & *Ablativum* & *Accusativum* cum præpositione notant. *Vid. Thes. Buxt. l. 2. c. 17.*

*Affixa Verborum tam* Nuda *quam* Vestita; *& quibus eadem temporibus jungantur, vid. Gram. p.* 220. *&* 221. *In genere autem nota:* (1.) *Affixa omnis generis in verbis inveniuntur, exceptis* הֶם, הֶן; *licet eadem in Participiis, nominum formam fere imitantibus, inveniantur: Quemadmodum in Nominibus occurrunt Affixa omnis generis, exceptis* נִי, נוּ, נָה. (2.) *Affixa* נִי, נוּ, הוּ, הָ *Præterito junguntur, vestita vocali* a, (ָ) vel (ַ); *reliquis vero temporibus eadem junguntur vestita vocali* e, (ֵ). *Quemadmodum &* ם, ן *junguntur Præterito, Participio & Infinitivo;* ם, ן *Imperat. & Futuro.*

Ut in Nominibus, sic & in Verbis, terminatio fœm. ה mutatur in ת, & terminatio mascul. ה abjicitur.

Participia (*ut §. præced. dictum*) nominum formam imitantur; nisi quod alicubi, ad Verborum imitationem, affixa, quæ nomen respuit, assumant. *Vid. Gram. p.* 228.

Quomodo autem Affixa Verborum similiter ac Nominum, *Puncta* verborum sæpissime *mutent*, in Clavi de Mutat. Punct. explicabitur.

# Cap. IV. De Affixis Particularum.

Affixa Particularum ſunt etiam vel *Nuda* (quæ rariſſima, in uno ſc. כְּמוֹ *ſicut*;) vel *Veſtita*, quæ omnis generis, qualia in Nominibus & Verbis occurrunt; imo & quædam *Aucta dageſch f.* (*conſule Gram. p.* 240. 241.)

Particulæ, quibus affixa junguntur, ſunt Adverbia, & Præpoſitiones.

Paucis ſolum Adverbiis Affixa junguntur, appoſitionem pronominis ſignificantia: ut כָּמוֹנִי *ſicut ego*, ex adverb. כְּמוֹ & aff. נִי; הִנְּךָ *ecce te*, ex adverb. הִנֵּה & aff. ךָ; אַיּוֹ *ubi ille*, ſc. eſt, ex adv. אַיֵּה & aff. וֹ &c. *Gram. p.* 242. *&* 243.

Affixa, Præpositionibus juncta, ſignificant Pronomina, in caſu quem præpoſitiones regunt.

Aſſumunt autem Præpoſitiones affixa vel ſub forma numeri Singularis, vel Pluralis, vel Utriuſque.

*Sub forma Singulari* affixa recipiunt Præpoſitiones, tum Separabiles אֵצֶל *apud*, נֶגֶד *coram*, בְּעַד *circum*, לְמַעַן *propter*, בִּלְתִּי *præter*, בַּעֲבוּר *propter*, עִמָּד *cum*. עִם *cum*, אֵת *cum*, vel *nota accuſativi caſus*, מִן *a*, *ex*: tum Inſeparabiles quatuor ם, ל, כ, ב. Ut אֶצְלִי *apud me*, נֶגְדְּךָ *coram te*, בַּעֲדוֹ *circa eum*, לְמַעֲנֵינוּ *propter nos*, בִּלְתְּךָ *præter te*, בַּעֲבוּרִי *propter me*, עִמָּדִי *mecum*, עִמְּךָ

 *tecum*,

*tecum*, אִתִּי *mecum*, אוֹתִי *me*, מִנְהוּ *ab eo*, בְּךָ *in te*, לְךָ *tibi*, כָּכֶם *ſicut vos*, מִמֶּנּוּ *à nobis*, &c. &c. *Vid. Gram. p.* 244.... 248.

*Sub forma Plurali* affixa aſſumunt Præpoſitiones אֶל *ad*, עַל *ſupra, contra*, עַד *uſque ad*, תַּחַת *infra*, אַחַר *poſt*, בִּלְעֲדֵי *præter*, לִפְנֵי *coram*, (quod tamen eſt potius nomen cum præfixo ל). Ut אֵלַי *ad me*, עָלֶיךָ *ſupra te*, עָדָיו *uſque ad eum*, תַּחְתֵּינוּ *infra nos*, אַחֲרֵינוּ *poſt vos*, בַּלְעֲדֵיהֶם *præter vos*. &c. &c. *Gram. p.* 248. *&* 249.

Sub forma utraque tam Singularis, quam Pluralis numeri, affixa aſſumit præpoſitio בֵּין *inter*, ut בֵּינִי & בֵּנַי vel בֵּינוֹתַי *inter me*, &c. *Gramm. p.* 250.

Nota. Terminatio ה Adverbiorum הִנֵּה *ecce*, & אַיֵּה *ubi*, in affixis abjicitur. (*Vid. & Reg. de Mut. Punct.* xix.) Præpoſitio בִּלְתִּי ſimiliter י abjicit. מ ex מִן (*de quo Part.* 1. *c.*22.) ante affixa, exceptis conſtructis כֶם, כֶן, הֶם, הֶן, geminatur.

Quomodo affixa, *Puncta* quorundam Adverbiorum & Præpoſitionum *mutent*, in Clavi Mutationis punctorum docetur.

## Cap. V.

Separata *Syntaxis* ex Buxtorfii Theſauro Gram. Linguæ Hebr. petenda eſt.

## Cap. VI.

Modus inveſtigandæ radicis ſequenti Carmine comprehenditur. Cui, ne quid deeſſet. Notas adjeci.

*Abjice*

*Abjice Serviles, & tres si forte supersunt,*
*Radicem thematis noveris esse tui.*
*Sin tantum remanere duas conspexeris, adde*
Jod *vel* Nun *capiti* [a]; *vel dato* Vau *medio* [b];
*Aut* He *postponas* [c]; *aut* conduplicato secundam:
*Vera statim radix pullulat inde tibi.*
*Unica sed remanet mihi litera, quando removi*
*Serviles, radix dic agè qualis erit?*
Nun *da principio, vel* Jod *superadde quiescens,*
He *fini: radix inde petita venit.*
*Litera pro vera tibi sæpe* Vicaria *curret* [d],
*Pro qua mox vera est restituenda tibi.*
*Quicquid analogico normæ dissentit ab usu,*
*Hoc exercitium, lector amice, dabit.*

NOTÆ.

¶ *In genere* Nota, Defectum unius aut plurium radicalium, ex conjugationibus anomalis facile suppleri posse:

Si *Prima radicalis* desit; restituenda
Aut ex primâ Deficientibus, litera נ;
vel ל in duob. verbis לָקַח & לָתַע,
vel etiam *Jod* in octo sc. verbis à jod, incipientibus; quæ ad Defectiva prima nun referri solent, ut הוֹנִיחַ *reliquit* à יָנַח:
Aut ex primâ Quiescentibus, litera י vel א:
Si *Secunda radicalis* desit;
Aut ex secundâ Deficient, Secunda est geminanda;

Aut ex ſecundâ Quieſcent. addenda ו vel י :

Si *Tertia radicalis* deſit; reſtituenda

Aut ex tertiâ Deficientibus, litera ן vel ת ;

Aut ex tertiâ Quieſcentibus, litera א vel ה.

Sin *Duæ radicales* deſint ; ſimiliter ſunt reſtituendæ.

¶ *In ſpecie* Nota, ad literas *a, b, c, d.*

a] Vel etiam adde initio ל vel א :

ל in duobus verbis לָקַח & לָתַע, quæ defectiva prima nun imitantur : ut Imperat. קַח, Fut. יִקַּח à rad. לָקַח *accepit* ; & Præt. Niph. נִתַּע *commolitus fuit*, à rad. inuſ. לָתַע :

א verborum quieſc. primâ א, ad quieſc. primâ jod ſpectantium : ut Fut. יֹמַר à rad. אָמַר *dixit*.

Huc refer Partic. Hiphil מֵזִין *attendens* contracte pro מַאֲזִין, à rad. אזן :

b] Vel junge medio literam *Jod*, verborum ſc. quieſc. ſecundâ jod, ad quieſc. ſecundâ vau pertinentium : ut Imper. Hiph. הָרֵק *evacua*, & adject. רֵק *vacuus*, à rad. רִיק :

Huc referri poſſunt אֵד *vapor*, defective pro אֵיד ; אֵל *fortis*, ab איל :

Aliquando etiam נ vel א,

נ, ut אַף *facies, ira*, ab אָנַף, בַּת filia, à בָּנָה, חִטָּה *triticum*, pro חִנְטָה à חָנַט :

א, ut צֹנֶה *oves*, à צֹאן vel inuſ. צָאַן :

c] Vel adde fini ן vel ת ; verborum ſc. deficient. tertiâ

tertiâ ן vel ת: ut נָתַתָּ *dedisti*, & Infinit. תֵּת speciali anomalia pro תְּנֶת, à נָתַן; כָּרַתָּ à כָּרַת *cecîdit*.

Huc refer אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת ab אמן:

d] e.g. pro tertia rad. ה sæpe est י (ut præt. גָּלִיתָ, partic. גָּלוּי *&c.* sic עָנִי *afflictus*;) vel ו (ut עָנָו *humilis*;) vel ת (ut גָּלְתָה, גָּלוֹת *&c.* sic שֹׁקֶת *canalis*;) à radicibus גָּלָה, עָנָה, שָׁקָה:

pro secunda rad. ו sæpe est י ut גִּיל pro גּוּל:

pro tertia rad. י sæpe est ו ut הוֹשִׁיב, הוֹשֵׁב, à יָשַׁב:

FINIS RUDIMENTORUM.



LIN-

*LINGUÆ SANCTÆ*

# CLAVIS,

*Seu*

## REGULÆ XX.

*De*

## MUTATIONE PUNCTORUM.

### De Causis Mutationum.

*Omnis Mutatio Punctorum fit quinque ob causas: (1.) ob literas* Gutturales *&* Resch, *peculiarem punctationem requirentes; (2.) ob* Vocalium *cognatarum* permutationem; *(3.) ob* Dagesch forte; *(4.) ob* Accentum *additum vel ablatum; & (5.) maxime ob* Formationem Grammaticam. *Quæ singula certis regulis, in tironum gratiam, complectar.*

### De Mutatione Punctorum ob Scheva.

*REGULA I. Bimembris.*

I. Crescentibus literis decrescunt Puncta: *h. e.*

*h. e. Nominibus ac Particulis à ſine creſcentibus; ultimæ*[a], *vel penultimæ*[b], *vel utriuſque*[c] *ſyllabæ punctum communiter mutatur in Scheva.*

*Similiter in ſtatu Conſtructo, propter acceſſionem ſequentis vocis, vocalis longa penultimæ decreſcit in Scheva:* [*at ultimæ communiter in vocalem brevem*[d], *ut Regulis ſpecialibus infra docebitur.*]

*In Verbis vero, per affixa creſcentibus, etiam antepenultima decreſcit*[e].

Creſcere vox hîc intelligitur, quum voce à fine literis creſcente promovetur accentus.

*Sic à fine Creſcere accentumque promovere dicuntur* I. Nomina, *tum in Flexione Grammatica, h. e. quum Maſc. in Fœm. Sing. in Plural. Dualemve flectitur; tum in Affixis:* II. Verba *ac* Particulæ, *quando iis Affixa junguntur.*

De ſtatu Conſtructo modò dictum eſt.

In formatione grammatica *Verborum*, ſeu *Conjugatione*, quia creſcente verbo rarius promovetur accentus, rarius etiam puncta decreſcunt, ſed accentu plerumque manente puncta immutata manent (*ut videre licet Gr7m. p. 70. in fine.*) Quare de mutatione punctorum in verbis ob formativas conjugandi, (quæ ex Paradigmatis conjugandi addiſcenda eſt.) his Regulis proprie non agitur; niſi quatenus eadem cum mutatione nominum conveniens, in exemplis ſubinde adducitur. *ut Reg VIII.*

a] ut à פֹּקֵד *viſitans* eſt f. פֹּקְדָה pl. פֹּקְדִים cum affixo פֹּקְדִי *viſitans me.* [b] ſic à קָדוֹשׁ *ſanctus*

*ctus* eſt fœm. קְדוֹשָׁה pl. m. קְדוֹשִׁים f. קְדוֹשׁוֹת cum aff. קְדוֹשִׁי *ſanctus meus.* [c] ſic à בֶּגֶד *veſtis* eſt in ſtatu affixo בְּגְדִי quod prius ſcheva dein juxta Reg. II. & III. in chirek mutandum eſt, ut בִּגְדִי *veſtis mea.* [d] ut דָּבָר *verbum,* conſtructe דְּבַר מֶלֶךְ *verbum regis.* [e] ut in Præterito פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי, פָּקַדְנוּ &c. unde פְּקַדְתַּנִי *tu vir viſitaſti me,* פְּקַדְתִּיךָ *ego viſitavi te,* פְּקַדְנוּךָ *nos viſitavimus te.* Sic in הֵסַבּוּ, הֲקִימֹוּ, גָּלִיתָ, מָצָאתָ &c. *Vid. Reg.* XI. *&* XIII. [Poſſet dici, hîc (ָ) & (ֵ) antepenultimæ decreſcere, quia illa puncta Præteriti פָּקַד, הֵקִים, הֵסֵב, accedentibus formativis conjugationum תָּ, תִּי, נוּ, non decreverant accentu manente: adeo ut eadem puncta in affixis non ſolum Penultimæ Præteriti 3. perſ. maſc. פָּקַד, הֵסֵב, הֵקִים, ſed & Antepenultimæ reliquarum perſonarum, à tertia maſc. deſcendentium, mutentur in Scheva.]

Quomodo Vocales non ſolum in Scheva decreſcant, ſed & quandoque in alias vocales mutentur, ſc. in ſtatu conſtr. (ָ) & (ֵ) ultimæ in (ַ) termino הֶ in הֵ & contra in ſt. affix. (ַ) ultimæ in (ָ); ut & in formis penacutis quandoque (ֶ) ultimæ in (ָ); *infra ſpecialibus Regulis docebitur, uti & modo in exegeſi Reg. I. ex parte monitum.* Quæque hic præterea excipiantur, *vid. Gram. p.* 30.

Quænam autem Puncta decreſcant, quæque non; *ex ſeqq. Reg. de Mut. Punct. ob Formationem Grammaticam apparebit.*

II. Non creſcente voce, nec puncta decreſcunt:

In flexione ſc. nominis è maſc. in fœm. & è ſing. in plur. ut à קָשֶׁה *durus,* eſt fœm. קָשָׁה, pl.

pl. קְשִׁים, קָשׁוֹת: Sic שָׂפָה *labium*, pl. שָׂפוֹת, צְדָקָה *justitia* pl. צְדָקוֹת, בְּהֵמָה *bestia*, pl. בְּהֵמוֹת *&c.*

At in statu constructo, quia, *ut dictum*, vox propter accessionem alterius vocis quasi crescere æstimatur, hic puncta quoque decrescunt; ut שָׂפָה *labium*, constructe שְׂפַת מִרְמָה *labium doli*, *h. e. dolosum*.

Excipe formam שִׂפְחָה, quæ punctis accrescentibus reducenda est ad formam צְדָקָה:

U שִׂפְחָה *ancilla*, in plurali non שִׂפְחוֹת, sed שְׁפָחוֹת sicut צְדָקוֹת:

Ejusdem formæ sunt, quæ propter primam aut secundam gutturalem, quandoque & non gutturalem, pro *Chirek* habent *Patach* vel *Sagol*. *Vid. Gramm. p.* 52. *&* 53.

---

## *REGULA II.*

Duæ brevissimæ continuo legi nequeunt. *Proinde*

1. *Nec duplex Scheva ab initio locum habet*; (*quod utrumque foret mobile, e. g.* בְּדְבַר)

2. *Nec duplex Scheva in medio, si utrumque sit mobile, locum habet*; (*quod fit præcedente vocali longa, e. g.* פּוֹקְדְךָ)

3. *Nec*

3. *Nec Scheva simplex, compositumve, post scheva compositum locum habet;* (quod utrumque etiam esset mobile, ut יְהֲרְגוּ vel יְאֱהֲבוּ:
*Excipe* מַחְאֲךָ *Ezech.* 25. 6. *vid. Gramm. pag.* 33. *lin. ult.*)

Quare in duobus prioribus casibus adhibenda *Regula III.* in posteriori Resolutio est necessaria, de qua *Regula V.*

---

## *REGULA III.*

DUplex Scheva si ab Initio concurrat, itemque in Medio si utrumq; sit mobile; tum *Prius* mutatur Regulariter in chirek breve [f], vel in analogam brevem kametz chatuph [g] aut kibbytz [h] (*si Scheva ex cholem ortum sit,*) vel quandoque in sægol [i]; Irregulariter, propter gutturalem ac resch [k], quandoque & non gutturalem [l], pro chirek est patach (*si Scheva ex sægol vel patach vicario oriundum,*) vel sægol (*si ortum sit ex tzere sub prima gutturali* [m], *aut raro ex sægol sub non gutturali* [n]: *Posterius* manet [o], sub jod tollitur [p], & sub gutturali communiter dilatatur [q].

f] e. g. בְּדְבַר mutandum in בִּדְבַר *in verbo*, à דָּבָר

דָּבָר *verbum*, ſic צִדְקוֹ in צִדְקוֹ *juſtitia ejus*, à צֶדֶק:

g] Ut קָדְשִׁי in קָדְשִׁי *ſanctitas mea*, à קֹדֶשׁ:

[h] קֻמְצוֹ in קָמְצוֹ *pugillus ejus*, à קֹמֶץ:

Similiter in Infinitivo & Imperativo Kal cum affixis ſcheva prius in kametz chat. aut kibbytz tranſit, quia poſterius ſcheva ex cholem ortum eſt; *quemadmodum Reg. XX. ſpeciatim docetur:* ut פָּקְדוֹ in פָּקְדוֹ *viſitare eum*, à פְּקוֹד, קָצְרְךָ in קָצְרְךָ *metere te*, à קְצוֹר:

i] Ut פֹּקֶדְךָ in פֹּקֶדְךָ *viſitans te*, à פֹּקֵד; ſic פֹּקֵד à פֹּקֶדְךָ:

k] Si ſc. prima aut ſecunda ſit gutturalis, aut reſch, ut עַבְדִּי in עַבְדִּי *ſervus meus*, à עֶבֶד; לַחְמִי in לַחְמִי *panis meus*, à לֶחֶם; רַגְלִי in רַגְלִי *pes meus*, à רֶגֶל; קַרְנוֹ in קַרְנוֹ *cornu ejus*, à קֶרֶן; דַּעְתּוֹ in דַּעְתּוֹ *ſcientia ejus*, à דַּעַת; זַרְעוֹ in זַרְעוֹ *ſemen ejus*, à זֶרַע:

l] Ut מַלְכִּי in מַלְכִּי *Rex meus* à מֶלֶךְ; ſic in plur. conſtr. מַלְכֵי & cum affixo conſtr. מַלְכֵיהֶם: Eodem modo habent patach loco chirek נֶפֶשׁ *anima*, כֶּסֶף *argentum*, צֶלֶם *ſimulacrum*, שֶׁמֶן *oleum*, קֶשֶׁת *arcus*, פֶּלֶג *rivus*, גֶּפֶן *vitis*, טֶנֶא *corbis*, כֶּלֶב *canis*, דֶּלֶת *janua*, יֶלֶד *puer*, סֶלַע *petra*, צֶלַע *coſta*, שֶׁוַע *vociferatio*, מוֹלֶדֶת *nativitas*, מְלָאכֶת *opus*, עֲטֶרֶת *corona*; תִּפְאֶרֶת *gloria*, &c. Aliquando tamen præter patach etiam

ordinarium punctum chirek admittunt; ut à יֶלֶד in plur. conſtr. dicitur יַלְדֵי & יִלְדֵי.

m] Ut חֶפְצוֹ *delectatio ejus*, à חֵפֶץ, עֶזְרִי *auxilium meum*, à עֵזֶר, אֶצְלִי *apud me*, ab אֵצֶל; ſed & ſpeciatim א pro chirek amat ſægol, ut *Reg. VI.* dicetur.

n] Ut נִכְדִּי in נֶכְדִּי *nepos meus*, à נֶכֶד: Sic שְׁכֶנְתָּהּ *vicina ejus*, à שְׁכֶנֶת, לֶכְתּוֹ *ambulare eum*, à לֶכֶת infin. verbi יָלַךְ, נֶגְדִּי *coram me*, à נֶגֶד: Huc refer גֶּלְלוֹ *ſterquilinium ejus*, à גָּלָל:

o] Ut in exemplis jam datis.

p] Sic וִיְהִי mutatur in וַיְהִי *& erit*; quod & fit quum dageſch ex litera ſchevata excidit, ut מִידֵי *ex manibus*, pro מִיְּדֵי.

q] Hoc eſt mutatur in compoſitum; ut pro בְּעְצַת eſt בַּעֲצַת *in conſilio (vid. Reg. ſeq.)*

*Nota*, Litera Gutturalis aliquando regulare punctum chirek obtinet, ut עִבְדִּי *ſervus meus*, חִזְקִי fortitudo mea, חִשְׁקִי *deſiderium meum*: & ſæpe Reſch; ut פִּרְדִּי *mulus meus*.

Plura exempla de Reſch, & eorum quæ vel chirek vel patach adſciſcunt, *vid. Buxt. Theſ. l. 2. c. 7. p. 389.*

---

## De Mutatione ob Gutturales & Reſch.

### *REGULA IV.*

SCheva ſimplex Mobile ſub Gutturali locum non habet, ſed ſemper mutatur in compoſitum [r];

tum [r]; Quiescens vel locum habet [s], vel mutatur in compositum [t].

r] e. g. ab initio vocis, אֶהְיֶ *ero*, עֲבָדִים *servi*, אֳהָלִים *tentoria*, & in medio פֹּעֲלִים *operantes*, הָאֱלֹהִים *Deus*, הֶחֳדָשִׁים *menses*. [s. t.] יַחְפֹּץ vel יַחֲפֹץ *delectabitur*, יֶהְגֶּה vel יֶהֱגֶה *meditabitur*, &c. quanquam scheva simplex sub Gutturali semper fere sit ex resolutione euphonica (*de qua Reg. seq.*) pro composito.

NOTA hîc, Rarius sub litera non gutturali, euphoniæ causa, loco scheva simplicis mobilis esse compositum. *Exempla vid. Buxt. Thes. l. 1. c. 4. p. 18.*

Quale Scheva compositum, loco simplicis, sub gutturali ponendum sit, analogia, ususque docebit. In genere notandum, quòd loco scheva simplicis mobilis in medio vocis, quæ est sine præfixis, semper sit (-:) ut & initio vocis idem (-:) frequentissimum est, nisi quod א plerumque amet (∵:) juxta *Reg. VI.* & (т:) sit loco scheva, quod est ex cholem, atque in characteristica Hophal. Loco autem Scheva quiescentis scheva compositum cum præcedente puncto cognato convenit, juxta *Reg. V.* Quomodo vero hîc chirck breve vel kibbytz, quibus nullum scheva compositum respondet, mutentur, illud in patach vel sægol, hoc in kametz chat. *vid. Alting. Fundam. Punctat.* §. 69.

---

## *REGULA V.*

Litera Gutturalis punctat aliquandò se & præcedentem puncto cognato: *h. e. Si Gutturalis, loco scheva simplicis quiescentis, assumat compositum, præcedenti literæ apponit punctum cognatum.*

Sunt autem puncta cognata (-:) & (-); (∵:) & (∵);

(ֱ); (ֲ) & (ֳ chat.) Ut si sub gutturali sit *chateph patach*, præcedens litera requirit *patach*; si sub gutt. sit *chateph ſagol*, præcedens adſciſcit *ſagol*; si sub gutt. sit *chateph kametz chatuph*, præcedens exigit *kametz chatuph*: e. g. יַעֲשֶׂה *faciet*, pro יַעְשֶׂה, הֶעֱלָה *adſcendere fecit*, pro הֶעְלָה, פָּעֳלוֹ *opus ejus*, pro פָּעְלוֹ à פֹּעַל: Sic בַּאֲדֹנָי *in Domino*, pro בְּאֲדֹנָי, לֵאֱמוֹר *ad dicere, h. e. dicendo*, pro לְאֱמוֹר, וָחֳלִי (vocholi) *& infirmitas*, pro וְחֳלִי, בָּחֳרִי (bochori) *in ira*.

*Hic obſervetur Craſis & Reſolutio.*

CRASIS eſt, quando ſub א contrahuntur *(ֲ)* & (ַ) in *(ָ)*, (ֱ) & (ֶ) in (ֵ);

Scilicet (1.) in nominibus Dei אֲדֹנָי & אֱלֹהִים atque, quod cum præfixis per puncta horum legitur, nomine πετραγραμμάτῳ יהוה; (2.) in vocibus אָדוֹן cum affixis, & אֱמוֹר cum præfixis: ob frequentem harum vocum in ſ. l. uſum. e. g.

pro בַּאֲדֹנָי eſt בַּאדֹנָי & בַּיהוָה *in Domino:*

pro בֶּאֱלֹהִים eſt בֵּאלֹהִים & בֵּיהוִה *in Deo;*

pro לַאֲדֹנִי eſt לַאדֹנִי *domino meo;*

pro לֶאֱמוֹר eſt לֵאמוֹר *dicendo.*

RESOLUTIO *Scheva compoſiti fit, vel in illius brevem vocalem, vel in nudum ſcheva: eaque vel Neceſſaria, vel Euphonica.*

Neceſſa-

Necessaria *est, sequente alio scheva; & tum resolutio fit in alterutrum punctum:*

Sic (-·) resolvitur aut in (:) aut in (-); (∵:) aut in (:) aut in (∵); (ᐩ:) aut in (:) aut in (ᐩ chat.) e. g. pro יַהֲרְגוּ est יַהַרְגוּ vel יַהְרְגוּ *occident*; pro יֶאֱשְׁמוּ est יֶאֶשְׁמוּ vel יֶאְשְׁמוּ *delinquent*; pro הָחֳרְבוּ est הָחָרְבוּ vel הָחְרְבוּ (hochorbhu) *occiduntur:* &c. *vid. Gramm. p.* 33.

Euphonica *est, nullo sequente scheva; & tum resolutio fit solummodo in nudum scheva:*

Sic (-:) vel (∵:) vel (ᐩ:) solummodo resolvuntur in Scheva; e. g. pro יֶהֱגֶה est יֶהְגֶּה *meditabitur*, &c. *vid. Gram. p.* 34.

---

*REGULA VI. Bimembris.*

I. Literæ Gutturales & Resch amant sæpe Patach, pro aliis punctis;

*Ut communiter pro Chirek brevi* [u], *& pro Sægol in formis penacutis* [x]; *quin & quandoque pro longis* [y] *Tzere, Chirek, Cholem, & Schurek.*

*Illæ etiam pro Scheva quiescente quandoque amant Patach genubah* [y].

II. א amat Sægol pro Chirek, itemque Chateph ſægol pro Chateph patach [z].

u] Ut docent exempla *Regulæ III. lit. k.* [x] Ut ad formam מֶלֶךְ: propter gutturalem dicitur פֶּשַׁע *defectio*, דַּעַת *ſcientia*, &c. [y] Sic in pihel dicitur propter gutturalem ac reſch בִּלַּע *abſorbuit*, שִׁבַּר *effregit*; ſic & ex craſi patach genubah pro tzere, chirek, cholem, & ſchurek, eſt patach, *vid. Rudiment. Part. I. cap. 2. in fine.* [z] Ut אֶפְקוֹד pro אַפְקוֹד *Vid. & Reg. III. & IV.*

---

## De Vocalium Cognatarum Permutatione.

### *REGULA VII.*

QUædam vocales inter ſe ſunt cognatæ & permutabiles:

*Ut Chirek longum & Tzere* [a]; *Cholem & Schurek* [b]; *Cholem & Patach* [c]; *Schurek & Kibbytz* [d]; *Kametz chatuph & Kibbytz* [e]; *Chirek breve, Patach & Sægol* [f].

a] Ut Infinit. Hiphil. habet הַפְקִיד & הַפְקֵד: [b] Sic Infinitivus, Imperativus & Futurum Quieſcentium ſecundâ Vau deſinunt in וּ & in וֹ, ut קוּם vel קֹם, אָקוּם vel אָקֹם: [c] Sic Infinit. Imperat. & Futurum in Kal deſinit in וֹ & in ־, ut פְּקוֹד vel

vel פְּקֹד , אֶפְקוֹד vel אֶפְקֹד : [d] Ut Imp. שׁוּב vel שֻׁב, & cum ה paragog. שׁוּבָה vel שֻׁבָה *revertere* ; Fut. יָעֻפוּ vel יָעוּפוּ *volabunt* ; quemadmodum ita ſæpe kibbutz eſt pro vocali longa ſchurek, [e] Ut in Præterito & Particip. Hophal dicitur הָפְקַד & הֻפְקַד , מֻפְקָד & מָפְקָד : [f] Ut exempla *Reg. III.* docent.

---

## De Dageſch forti.

### *REGULA VIII. Bimembris.*

I. VOces defectivæ ſecundâ radicali in vocalem Longam, aut brevem Patach deſinentes, creſcente voce * dageſch forte ad ſecundam radicalem adſumunt, & vocalem illius longam reſolvunt in analogam brevem.

* Creſcere hic vox intelligitur, quum flectitur è maſc. in fœm. & è ſing in plural dualemve, eique aliquid affigitur: Accentu ſc. tranſlato, ut in omnibus exemplis, quæ infra ſubjiciuntur. At ſi in verbis accentus maneat, etiam puncta immutata manent: ut apparet ex paradigmate סַב ; ut in Imp. סוֹב , סוֹבּוּ , סוֹבִּי , סְבֶינָה &c. (*Vide notas Gramm. ad* סַב *Cap. XVI. vide & monita de verbis ad Reg. I. p. 45. in fine.*)

*Nota* & hic ; *Patach*, quum ſit vocalis brevis, non opus habere reſolutione in brevem, ſed ſolummodo dageſch adſumere.

*Sic reſolvuntur Kametz in Patach*[g]; *Tzere in Chirek breve vel Sægol*[h]; *Cholem in Ka-*

*metz chatuph aut Kibbytz*[i]; *Schurek in Kibbytz*[k];

Contrario fere modo ante literas indageſſabiles fieri compenſationem vocalium brevium cum ſequente dageſch forti, per vocales longas analogas, *ſupra de Dageſch forti Cap III. dictum eſt.*

I. EXEMPLA NOMINUM.

g] Ut תַּם *perfectus*, *f.* תַּמָּה, cum affix. תַּמָּתִי, pl. תַּמִּים (à תָּמַם *perfectus fuit:*) מוּסָב *circumdatus*, fœm. מוּסַבָּה, pl. מוּסַבִּים, & ſubſtantive cum aff. מוּסַבּוֹ *ambitus ejus*, (à סָבַב *circumdedit.*) [h] Ut לֵב *cor*, cum aff. לִבִּי, fœm. לִבָּה *idem*, pl. לִבּוֹת cum aff. לִבּוֹתָם, (à לֵבָב *cor*, vel à לָבַב in Niph. נִלְבַּב *cordatus fuit;*) מֵסֵב *circumducens*, f. מְסִבָּה, pl. m. מְסִבִּים, cum aff. מְסִבּוֹ (à סָבַב *circumdedit.*) [i] Ut רֹן *cantio*, pl. רָנִּים (à רָנַן *cecinit;*) אֹם *natio*, pl. אֻמִּים & אֻמּוֹת (ab אמם;) תֹּם *integer*, *integritas*, fœm. תֻּמָּה pl. תֻּמִּים, cum affix. תֻּמּוֹ (à תָּמַם *perfectus fuit.* [k] חוּם *fuſcus*, pl. חֻמִּים (à חָמַם *caluit.* [l] דַּל *tenuis*, f. דַּלָּה, pl. דַּלִּים, דַּלּוֹת, cum aff. דַּלּוֹ (à דָּלַל *attenuatus fuit.*)

II. EXEMPLA NOMINUM.

Sic & Verba defectiva ſecundâ radicali in affixis dageſch adſumunt, & vocalem, ſi longa ſit, in brevem reſolvunt; ut à Præt. חַן (defective pro חָנַן) eſt חַנַּנִי *largitus eſt mihi*; ab Imperat. חֹן eſt

est חָנֵּנִי *miserere mei*; à Fut. יָחוֹן est יְחָנֶנּוּ *miserebitur ejus*, à תָּחוֹן est תְּחָנֵּם *misereberis eorum*. Ab Inf. תּוֹם est תֻּמִּי *perficere me*. A Præt. Hiph. הֵדֵם est הֲדִמָּנוּ *silere fecit nos*, (à דָּמַם *siluit.*)

*Nota* 1. Huc pertinent quædam, quæ à radice inusitata, secundam geminante, derivantur; ut גַּג *tectum*, אֵשׁ *ignis*, חֵךְ *palatum*, &c.

*Nota* 2. Quædam illud Patach commutant in Chirek breve; ut סַף *limen*, pl. סִפִּים, סִפּוֹת (& סַפּוֹת) cum aff. סִפּוֹ (ab inusit. סָפַף;) מַס *tributum*, pl. מִסִּים, cum aff. מִסּוֹ, fœm. מִסָּה, construæ. מִסַּת (à מָסַס *liquefactus fuit*;) Sic פַּת *frustum* (à פָּתַת) צַד *latus* (ab inusit. צדד,) מֵסַב *circuitus* (à סָבַב *circumdedit*,) גַּת *torcular* (ab inus. גָּתַת,) & quandoque מַד *vestis* (à מָדַד *dimensus fuit*. De בַּת *filia*, vid. §. seq.

*Nota* 3. Hanc regulam sequuntur אַף, בַּת, & אֱמֶת, quæ speciatim defective scribuntur; etiamsi non sint ex verbis secundam radicalem geminantibus: ut אַף *ira*, *facies*, dual. אַפַּיִם, cum aff. אַפּוֹ, אַפֶּךָ (ab אָנַף *iratus fuit*;) בַּת *filia*, cum aff. בִּתִּי (à בָּנָה *ædificavit*;) אֱמֶת *veritas*, cum aff. אֲמִתּוֹ (ab אָמַן *nutrivit.*)

*Nota* 4. Quomodo Patach & dagesch compensentur per vocalem longam analogam kametz (ut הַר vel הָר *mons*, plur. הָרִים ab הרר, ad formam שַׂק pl. שַׂקִּים à שׂקק) & ante ה, ח & ר rara sit compensatio (ut פַּח *laqueus*, pl. פַּחִים, potius à פחח

פחח, in infin. hiph הָפֵחַ *illaqueare*, quam à פוּחַ *adſpirare*,) &c. ex præceptis de dageſch f. *Cap. 3. Rudim. p. 7.* cognoſcitur.

11. Ad horum defectivorum imitationem, quædam etiam, ſolâ euphonia, dageſch adſumunt:

E. g. זְמָן *tempus*, pl. זְמַנִּים cum aff. זְמַנָּם (Sic אוֹפָן *rota*, גָּמָל *camelus*, לָשָׁד *humor*, שָׁפָן *mus montanus*, קָטָן *parvus*, שַׁאֲנָן *tranquillus*; ſic & מַעֲמַקִּים eſt à ſing. inuſit. מַעֲמָק:) עָמֹק *profundus*, f. עֲמֻקָּה, pl. עֲמֻקִּים, עֲמֻקּוֹת (Sic אָדוֹם *rufus*, עָרוֹם *nudus*, עָקוֹד *cruribus varius*, נָקוֹד *punctis reſperſus*, קָטוֹן *parvus*, קַרְדּוֹם *ſecuris*, קַרְסֹל *talus*, חַרְטֹם *magus*; ſic חֲשֵׁכִּים *obſcuri*, à ſing. inuſ. חָשׁוּךְ: huc referendum אַשְׁפּוֹת *ſterquilinium*, pl. אַשְׁפַּתּוֹת, quod tamen potius eſt à ſing. inuſ. אַשְׁפַּת:) חָרוּל *urtica*, pl. חֲרֻלִּים: (Sic בָּרוּד *maculis quaſi grandinis reſperſus*, מַחֲמוּד *deſiderabilis*; ſic & אַמִּצִּים *robuſti*, à ſing. inuſ. אָמוּץ; huc & referri poteſt מַלְכוּת *regnum*, plur. מַלְכֻיּוֹת:) מַחְמַד *deſiderium*, pl. מַחֲמַדִּים, unde & conſtr. מַחֲמַדֵּי, cum affix. מַחֲמַדֵּי: (Sic מַחְשַׁךְ *tenebræ*, מִשְׂגָּב *arx edita*, quæ duo etiam per ־ in fine ſcribuntur, מִשְׁבַּת *ceſſatio*, מִשְׁמָן *pinguedo*; ſic מַשְׁמַנִּים & אַשְׁמַנִּים *pinguedines*, à ſing. inuſ. מַשְׁמַן, אַשְׁמַן; מַטְעַמִּים, & מַטְעַמּוֹת

*cupe-*

*cupediæ*, à ſing. inuſ. מַטְעַם ; מַמְתַּקִּים *dulcedines*, à ſ. inuſ. מַמְתַּק ; מַעֲדַנִּים & מַעֲדַנּוֹת *delicia*, ab inuſ. מַעֲדָן ; מַרְבַדִּים *lectiſternia*, ab inuſ. מַרְבַד ; מַשְׁאַבִּים *hauſtra*, à ſ. inuſ. מַשְׁאַב ; מַנְעַמִּים *res amœnæ*, à ſ. inuſ. מַנְעַם ; מִכְמַנִּים *theſauri*, à ſ. inuſ. מִכְמָן : ſic & הֲדַס *myrtus*, אֶתְנַן *merces*, אֶשְׁנַב *feneſtra*, &c. מְעַט *paucus*, אֲגַם *ſtagnum*, in pl. quidem habet אֲגַמִּים, at in ſtatu conſtr. & cum affix. conſtr. ſequitur formam אַגְמֵי ;)

Sic in *Verbis*, Infinitivus formæ קוּם cum affixis ſæpe ſchurek convertit euphonice in kibbytz: ut בְּקֻמָהּ *in ſurgere ipſam*, (*Gen.* 19. 33.) בְּנֻסָם *in fugere eos*, (*Joſ.* 10. 11.) &c.

Quin & initio verbi Hophal, verbo à fine non creſcente, ob ſolam euphoniam, Schurek quandoque reſolvitur in kibbytz, ſeq. dageſch: ut in Præt. הֻקַּם pro הוּקַם *conſtitutus* eſt, (2. *Sam.* 23. 1.) הֻסַּג pro הוּסַג *averſum* eſt, (*Jeſ.* 59.14.) Sic in Infin. הֻלֶּדֶת vel הוּלֶּדֶת *naſci*, (*Gen.* 40. 20. *Ezech.* 16. 4.) compoſita forma ex Infin. Hoph. הוּלַד, & Infin. Kal לֶדֶת à יָלַד *peperit*.

De

# De Mutatione Punctorum ob Accentum.

## REGULA IX.

ACCENTUS additus vocalem brevem producit; ablatus longam corripit.

ADDITUR *accentus, vel in pausa majore* [m] *punctis* Patach, Sægol, & Scheva *simplici aut compositis; vel quum ad Scheva retrahitur* [n]:

Producendo *Patach & Sægol prius formæ* בֶּגֶד *in Kametz* [o]; *Scheva autem in vocalem unde fuit natum, quæ si fuerit Patach, illud insuper transit in Kametz; Ast Scheva formæ* פְּרִי, *& ante affixum* ךָ [p] *mutatur in Sægol; Et Scheva Vau copulæ (vel quod illius loco aliquando est Schurek) in Kametz. Compositum vero Scheva convertitur in vocalem longam analogam.*

m] Quales Pausæ majores sunt *Athnach* & *Silluk*; quas nonnunquam alii minores accentus imitantur.

n] De *Retractione* mox in ablatione accentus agetur.

o] *Excipiuntur* plurima, quæ Patach vel Sægol in pausa retinent; ex quibus usitatissima vox מֶלֶךְ *rex* nunquam ob pausam mutatur: (*Vid. Buxt. Thes. l.* 2. *c.* 23. *p.* 595. Sed אֶרֶץ *terra*, etiam extra pausam, prius ֶ in ָ convertit cum præfixis, ָ habentibus, ut בָּאָרֶץ *in terra.*

p] *Exci-*

p] *Excipiuntur* מִמְּךָ, אִתְּךָ, בְּךָ, לְךָ, &c.

AUFERTUR *Accentus, vel simpliciter per Makkaph; vel quum Retrahitur, sive propter Vau hippuch, sive propter sequentem monosyllabam, aut dissyllabam penacutam, ne accentus se mutuo allidant:* Corripiendo *ante consonam mobilem* (ֵ) *in* (ֶ), *&* (ֹ) *in* (ָ) *chatuph.*

Quæ singula exemplis illustrata, plenius vide *Gramm. p.* 35. *&* 36. De ו hippuch vid. & *Rudim. Part. I. C.* 22.

---

## De Mutatione Punctorum ob Formationem Grammaticam.

FORMATIO GRAMMATICA, mutationem punctorum inferens, est aut *Nominum*, aut *Verbi*, aut *Particularum*: sc.

*Nominum* tum Flexio è genere Masc. in Fœm. numeroque Sing. in Plural. Dualemve; tum Status Constructus & Affixus:

*Verborum* * vero ac *Particularum* status solummodo affixus.

Quæ formatio Grammatica quomodo puncta sæpissime immutet, tum in genere ex præcedd. de Scheva, de Gutturalibus, de Dagesch f. deque Accentu, tum in specie & maxime ex seqq. Regulis cognoscitur.

* Verbo-

* Verborum autem flexio seu conjugatio cum sua mutatione punctórum, non ex his regulis, sed ex paradigmatibus conjugandi addiscenda est: *ut & monitum est Reg. I. p. 45. in fine.*

## De punctis non decrescentibus.

*REGULA X. Quadrimembris.*

I. VOcales BREVES, sequente Scheva quiescente, expresso [q], vel latente in Dages forti [r], nunquam decrescunt [s].

q] Ut מַפְקִיד (particip. hiphil. à פָּקַד) in fœm. מַפְקִידָה, pl. מַפְקִידִים, מַפְקִידוֹת: אֶצְבַּע *digitus*, cum aff. אֶצְבָּעוֹ, pl. אֶצְבָּעוֹת, cum affix. אֶצְבְּעֹתָיו: מִשְׁפָּט *judicium*, cum aff. מִשְׁפָּטוֹ, pl. מִשְׁפָּטִים, constr. מִשְׁפַּט, cum aff. מִשְׁפָּטָיו: קָרְבָּן (korban) *oblatio*, constr. קָרְבַּן, cum aff. קָרְבָּנִי, pl. קָרְבָּנִים, cum aff. קָרְבְּנֵיהֶם: שֻׁלְחָן *mensa*, cum aff. שֻׁלְחָנוֹ &c. [r] Ut שַׁבָּת *Sabbathum*, constr. שַׁבַּת, pl. שַׁבָּתוֹת, cum aff. שַׁבְּתוֹתַי: נִקֵּשׁ *perversus*, pl. נִקְּשִׁים, constr. נִקְּשֵׁי: פֻּקָּד *participium pyhal*, fœm. פֻּקָּדָה, pl. פֻּקָּדִים, פֻּקָּדוֹת: מִשְׁמַנִּים *pinguedines*, in st. constr. מִשְׁמַנֵּי, cum aff. מִשְׁמַנָּיו &c.

s] Secus vocales breves quomodo decrescant infra certis regulis docebitur.

II. Ex vocalibus LONGIS nunquam decrescit

creſcit Chirek longum [t]; neque Tzere cum jod quieſcente [u]; nec ordinarie decreſcunt Cholem [x], & Schurek [y]:

*Niſi* Cholem *ſit penultimæ ſyllabæ in voce penacuta* [z], *aut ultimæ Verborum in Kal* [a], *aut accentu privatum* [b]: *ac niſi* Cholem *&* Schurek *in defectivis ſecundâ radicali reſolvantur in brevem ſequente dageſch* [c].

I. Exempla Nominum.

t] Ut שִׁיר *canticum*, conſtr. שִׁיר, fœm. שִׁירָה, pl. שִׁירִים, שִׁירוֹת, cum aff. שִׁירוֹ: [u] Ut מֵיטִיב *benefaciens*, fœm. מֵיטִיבָה, pl. מֵיטִיבִים, מֵיטִיבוֹת: [x] Ut טוֹב *bonus*. f. טוֹבָה, pl. טוֹבִים, טוֹבוֹת: קוֹל *vox*, conſtr. קוֹל, cum aff. קוֹלִי: [y] שׁוּר *inimicus*, pl. שׁוּרִים· cum aff. שׁוּרַי:

II. Exempla Verborum.

Sic ab Imperat. Hiph. שִׂים eſt cum affix. שִׂימֵנִי *pone me*; ab Infin. Kal שׂוּם eſt שׂוּמוֹ *ponere eum*, à Præt. Pihel כּוֹנֵן eſt כּוֹנְנָהּ *ſtabilivit eam*, &c. Sic terminatio Cholem Præt. Kal, formæ יָכֹל, invariata manet; ſed rariſſima ſunt iſtius formæ affixa: at ſi Scheva poſt cholem ſequatur, cum affixis corripitur in ָ chat. ut à יָכֹלְתִּי *potui*, eſt יְכָלְתִּיו *prævalui ipſi*.

z] De Cholem penultimæ ſyllabæ in voce penacuta agitur Regula XVI.

a] De

a] De Cholem ultimæ Infinitivi, Imperativi & Futuri in Kal, *Reg. XX.*

b] De Cholem propter ablatum accentum in (ָ) chat. mutato, vid. *Reg. IX. Nota,* Nonnulli huc referunt SCHUREK, quod mutetur in (ֻ) ſeq. makkaph, in נֻאָם; & in (ָ) chat. propter ablatum accentum, in quieſcentibus ſecundâ vau, ut וַיָּקָם pro יָקוּם; Sed נֻאָם cum ſchurek eſt inuſitatum, illiuſque kibbytz poteſt eſſe vocalis longa pro וּ quum ſint vocales permutabiles; וַיָּקָם autem non eſt ex יָקוּם ſed יָקוֹם:

c] Quomodo Cholem & Schurek ultimæ in defectivis ſecunda radicali (non quidem decreſcant in ſcheva, ſed) reſolvantur in kibbytz aſſumto dageſch, vel neceſſariò, vel euphonice, *Regula VIII.* docetur.

* De vocibus קָטֹן, קָטוֹל, קָבוֹל vid. *Reg. XI. Except.* 2.

III. Vocalis COMPENSATIVA Dageſch fortis nunquam decreſcit.

*Vocales autem Compenſativæ dageſch fortis ſunt quatuor* (ָ)[d], (ֵ)[e], (וֹ), *& quod ob* κακοφωνίαν *vitandam quandoque pro kametz ſubſtituitur* (ֶ)[f]. (*Vid. Rudim. p. 7.*)

*Ex quibus* (וֹ) *etiam extra compenſationem ordinarie non decreſcit.* (*Ut dictum hujus Reg. membr. II.*)

*Et ut ſubſtitutum illud ſægol non decreſcit,* ſic *nec* vocalis brevis *ſi* incompenſata *maneat, decreſcit*[g]. (*Quia eadem æſtimatur tanquam poſt ſe habens dageſch forte; quo caſu vocalis brevis nunquam decreſcit, ut dictum hujus Reg. membr. I.*)

d] E. g.

I. Exempla Nominum.

d] E. g. עָרִיץ *violentus*, fœm. עֲרִיצָה, pl. עֲרִיצִים, עֲרִיצוֹת, constructe עֲרִיץ, עֲרִיצַת, עֲרִיצֵי &c. quod (ָ) compensativum sub ע est pro (ַ) seq. dagesch, in ר locum non habente, ad formam צַדִּיק *justus*. Sic חָרוּץ *sedulus*, fœm. חֲרוּצָה, pl. חֲרוּצִים *&c.* quod ad formam vocis חַנּוּן *gratiosus* sub ח haberet (ַ) seq. dag. nisi ר esset indagessabile. [e] Ut חֵרֵשׁ *surdus*, f. חֵרְשָׁה, pl. חֵרְשִׁים, חֵרְשׁוֹת, constr. חֵרֵשׁ, cum aff. חֵרְשִׁי &c. obi (ֵ) sub ח invariatum manet, quia est compensativum vocalis brevis chirck & dagesch f. quod in ר locum non habet; quum sit ad formam vocis עִוֵּר *cæcus*. [f] Ut גֶּחָל *pruna*, pl. גֶּחָלִים, cum aff. גֶּחָלָיו *prunæ ejus*, quod (ֶ) (ob euphoniam loco kametz) est compensativum propter ח, quod non est susceptibile dagesch, ad formam אִכָּר *agricŏla*. (Dicitur tamen constr. גַּחֲלֵי; sed hoc potius est à forma inus. גַּחַל instar נַחַל:) Sic פֶּחָה *dux*, cum aff. פֶּחָתְךָ: (dicitur quidem constr. פַּחַת, sed illa rursum est alia forma, quæ & absolute usitata est; uti & פַּחֲווֹת & contracte פַּחוֹת, est à sing. inus. פַּחֲוָה:) Sic כֶּחָשִׁים *mendaces*, est à sing. inus. כֶּחָשׁ: Ejusdem formæ sunt פֶּחָם *carbo*, & פֶּחָר *figulus*. [g] Ut בָּחוּר *electus* (formæ תַּנּוּר *furnus*) pl. בַּחוּרִים &c.

II. Exempla Verborum.

Sic in Verbis manet (ָ) compensativum; ut ab

Infin. & Imper. Pihel, בָּרֵךְ *benedicere* & *benedic*, eſt cum affix. בָּרְכוֹ, à Præt. 1. perſ. Kal. defect. 2. rad. אָרוֹתִי *maledixi*, eſt אֲרוֹתִיהָ: Sic & (··) compenſativum ſive penultimæ ſive antepenultimæ ſyllabæ manet; ut à Præt. Pihel בֵּרֵךְ *benedixit*. eſt cum aff. בֵּרְכוֹ. à בֵּרַכְנוּ *benediximus*, eſt בֵּרַכְנוּכֶם, à יֵרְאוּ *timorem incuſſerunt*, eſt יֵרְאוּנִי: Sic nec (-), quod ante guttur. incompenſatum manſit, mutatur; ut ab Inf. Pih. רַחֵם *miſereri* eſt רַחֶמְךָ, à Particip. Pih. מְנַחֵם *conſolans*, eſt מְנַחֶמְכֶם: &c.

IV. Kametz [h] & Tzere [i] Penultimæ ſyllabæ Pluralis numeri Maſculinorum in ִים. & Dualis in ַיִם; ut & Kametz Infinitivi Niphal [k] in affixis * non decreſcit.

I. Exempla Nominum & Particul.

h] Ut à Plur. פָּנִים *facies*, eſt cum aff. פָּנֶיךָ: à דְּבָרִים *verba*, eſt cum aff. דְּבָרָיו &c. A Dual. שָׁמַיִם *cœli* eſt cum aff. שָׁמֶיךָ, à שְׂפָתַיִם *labia*, cum aff. שְׂפָתַי: Sic Adverbia abſolute inuſitata עָלַיִם, עָדַיִם cum aff. habent עָדַי, עָדֶיךָ, עָלָיו, עָלֵינוּ &c.

i] Ut à Plur. זְקֵנִים *ſenes*, eſt cum aff. זְקֵנֶיךָ: à Dual. מֵעַיִם *viſcera* eſt מֵעָיו, à יְרֵכַיִם *femora*, יְרֵכֶיךָ:

* In ſtatu autem Conſtructo, & ante affixa conſtructa, hæc (ָ) & (··) ordinarie decreſcunt: ut פָּנִים *facies*, conſtr. פְּנֵי, cum aff. conſt. פְּנֵיהֶם;

פְּנֵיהֶם ; שָׁמַיִם *cœlum*, conſtr. שְׁמֵי cum aff. conſtr. שְׁמֵיכֶם ; ſic Adverb. עָלִים cum aff. conſtr. עֲלֵיכֶם: Similiter זְקֵנִים *ſenes* conſtr. זִקְנֵי, cum aff. conſtr. זִקְנֵיכֶם:

Excipiuntur tamen quædam pluralia maſculina, quæ (ָ) & (ֵ) etiam in ſtatu conſtructo, atque ante affixa conſtructa retinent. (1) Sic ָ retinent hæc pluralia maſculina, עָרִים *civitates*, תּוֹשָׁבִים *incolæ*, מוֹרָשִׁים *poſſeſſiones*, מַטָּעִים *plantæ*, אִכָּרִים *agricolæ*, חָרָשִׁים *artifices*: (ex quibus עָרִים ad quieſc. 2. rad. referri poteſt, de quibus *Except*. 1. *Reg. XI.* ubi & vid. plur. שָׂרִים) (2) Similiter (ֵ) retinent hæc participialia plur. maſc. שְׁכֵחִים *obliti*, שְׂמֵחִים *læti*, חֲפֵצִים *delectantes*, & אֲבֵלִים *lugentes*.

II. Exempla Infinitivi Niphal.

k] Sic Kametz Infinitivi Niphal ſub litera dageſſata, cum affixis non decreſcit, ut ab הִכָּנַע eſt הִכָּנְעוֹ *humiliare ſe ipſum*, ab הִנָּבֵא eſt הִנָּבְאוֹ *prophetare ipſum*, ab הִוָּסֵד eſt הִוָּסְדָהּ *fundari eam*.

* Quomodo (ָ) & (ֵ) aliæque vocales, aliquando ſpeciatim non decreſcant, in ſpecialibus ad ſuas Regulas Exceptionibus docebitur.

ADDITIO.

Ad Membrum II. hujus Regul. X. adde hæc omiſſa.

Nec Kametz vel Tzere cum א quiescente decrescunt [l]; nisi א ob vocalem immediate sine consona accedentem fiat mobile [m].

l] Sic (1) *Penultimæ syllabæ* Kametz & Tzere manent; ut רָאשִׁים *capita*, constructe רָאשֵׁי (*quod plur. masc. in statu quoque aff. regulariter juxta IV. hujus Reg. Membrum non decrescit;*) רֵאשִׁית *principium*, constr. רֵאשִׁית & semel defective רֵשִׁית, cum aff. רֵאשִׁיתָן: Et in verbis à קָרָאתִי *vocavi*, est קְרָאתִיו, à מִלֵּאתָ *replevisti*, est מִלֵּאתַנִי: Sic (2) Kametz & Tzere *Ultimæ syll.* in statu constr. immutata manent; ut à צָבָא *exercitus*, constructe צְבָא יִשְׂרָאֵל *exercitus Israëlis*; à מָלֵא *plenus*, constr. מְלֵא יָמִים *plenus dierum*; à טָמֵא *immundus*, constr. טְמֵא שְׂפָתַיִם *immundus labiis*. (*Quomodo alias tzere ultimæ mutetur, vid. Reg. XIV.*)

m] Sed si א fiat mobile, Kametz & Tzere ordinarie, juxta Regulas de Kametz & Tzere, aut manent, aut mutantur. Ita *Kametz ult.* juxta *Reg. XII.* manet, ut צָבָא *exercitus*, cum aff. צְבָאִי, pl. צְבָאִים, & צְבָאוֹת; & *pen.* mutatur juxta *Reg. XI.* ut צְבָאוֹת constr. צִבְאוֹת: Ita & *Tzere ult.* juxta *Reg. XIV.* mutatur, ut נָשֵׂא *extulit*, cum aff. נְשָׂאוֹ; & præcedente kametz manet, ut שָׂנֵא *odio habuit*, cum

cum aff. שְׂנֵאָה, מָלֵא *plenus*, fœm. מְלֵאָה, pl. מְלֵאִים &c.

---

# De Punctis decrescentibus.
# De KAMETZ.
## REGULA XI.

KAMETZ PENULTIMÆ Syllabæ in Flexione Nominis [n], statuque Constructo & Affixo [o] mutatur in Scheva.

Similiter in Affixis Verbi Kametz non solum Penultimæ, sed & ANTEPENULTIMÆ [p] transit in Scheva.

I. EXEMPLA NOMINUM & PARTICUL.

n] Sic in Flexione nominis è Masc. in Fœm. & è Sing. in Plur. Dualemve, kametz decrescit in scheva; ut גָּדוֹל *magnus*, fœm. גְּדוֹלָה, pl. גְּדוֹלִים, גְּדוֹלוֹת; שָׂפָה *labium*, dual. שְׂפָתַיִם:

o] Ut כָּבוֹד *gloria*, constr. כְּבוֹד אֵל *gloria Dei*. Cum aff. כְּבוֹדִי *gloria mea*, &c.

Sic *Particulæ* עָלִים, עָדִים (quæ extra affixa in forma plurali sunt inusitatæ) ante affixa constructa habent עֲלֵיכֶם *supra vos*, עֲדֵיהֶם *ad eos*; (ante alia vero affixa, quæ levia dicuntur, eædem kametz *juxta Reg. X. membrum IV.* retinent.)

II. EXEMPLA VERBORUM.

p] Sic in toto Præterito Kal, in Conjugationibus omnibus, tum Analogis, tum Defectivis, atque Quiescentibus primâ, ut & Quiescentibus tertiâ rad. א, Kametz non solum penultimæ, sed & antepenultimæ, propter affixa mutatur in Scheva; ut à פָּקַד *visitavit*, est פְּקָדַנִי *visitavit me*, פְּקָדוֹ *visitavit eum*; A פָּקַדְתָּ *tu vir visitasti*, est פְּקַדְתַּנִי *tu vir visitasti me*; A פָּקַדְתְּ *tu fœm. visitasti*, est פְּקַדְתִּינִי *tu f. visitasti me* (ubi *jod* ante affixa ex forma pronominis אַתִּי assumitur, & eatenus affixa 2. pers. fœm. cum affix. 1. pers. conveniunt, sensu dignoscenda;) A פָּקַדְתִּי *ego visitavi*, est פְּקַדְתִּיךָ *ego visitavi te*; A פָּקַדְנוּ *nos visitavimus*, est פְּקַדְנוּךָ *nos visitavimus te*: &c. (*Vid. Gramm. p.* 223. .... 227.) Similiter à נָטַשׁ *dereliquit*, est נְטָשָׁנוּ *dereliquit nos*; à נָטַשְׁתָּ, est נְטַשְׁתַּנִי *dimisisti me*; à נָטַשְׁתִּי est נְטַשְׁתִּיךָ *dereliqui te*; A יָדַע *cognovit*, est יְדָעוֹ *cognovit eum*; à יָדַעְתָּ est יְדַעְתּוֹ *cognovisti eum*: A קָרָא *vocavit*, est קְרָאַנִי *vocavit me*; à קָרָאתָ est קְרָאתָהּ *vocavisti eam*; à à קָרָאתִי est קְרָאתִיו *vocavi illum*; (in quibus duobus postremis exemplis kametz antepenultimæ decrescit, manente kametz penultimæ, quod in א quiescit, *juxta Additionem Reg. X.*)

In *Tertia* autem *Singulari fœm.* פָּקְדָה & *Tertia*

*Plurali*

*Plural.* פָּקְדוּ Kametz quidem antepenultimæ ſimiliter decreſcit in ſcheva, ſed, ſic duplici ſcheva ab initio concurrente, poſterius rurſum tranſit in kametz; ut videatur eſſe punctorum tranſpoſitio. Verum proprie poſterius illud ſcheva tranſit in vocalem unde fuit natum, quæ quia communiter eſt patach, mutanda in kametz; alias ſi ſcheva illud ex tzere ſit ortum, ut in verbis in tzere terminantibus, illud ipſum in tzere tranſit; ut patet ex duobus poſtremis ſubjectis exemplis. *( Similiter retracto ad Scheva accentu, illud mutari in vocalem unde fuit natum, dictum Reg. IX. & Gramm. p. 36.)* Sic à פָּקְדָה *illa viſitavit*, eſt פְּקָדַתְנִי *viſitavit me*, פְּקָדַתֶךְ *viſitavit te fœm.* ה ſc. fœm. gen. ut in Nomine mutato in ת, aſſumtoque ante illud modo patach, modo kametz. A פָּקְדוּ *viſitarunt* eſt פְּקָדוּנִי *viſitarunt me*, &c. *vid. Gram. p. 224. & 226.* Sic à יָלְדָה *peperit*, eſt יְלָדַתֶךְ *peperit te*, יְלָדַתְנִי *peperit me*: A יָדְעוּ *noverunt*, eſt יְדָעוּךָ *noverunt te*: A נָתְנוּ *dederunt*, eſt נְתָנוּךָ *dederunt te*: A מָצְאָה *illa invenit*, eſt מְצָאַתְנוּ *invenit nos*; à מָצְאוּ *invenerunt*, eſt מְצָאוּךָ *invenerunt te*: A יָרְאוּ *timuerunt*, eſt יְרֵאוּךָ *timuerunt te*: Ab אָהֲבָה *illa dilexit*, eſt אֲהֵבַתְהוּ *dilexit eum*; ab אָהֲבוּ *dilexerunt*, eſt אֲהֵבוּךָ *dilexerunt te*, אֲהֵבוּם *dilexerunt eos*.

Præteriti *Secunda Pluralis* per omnes conjugationes

tiones & formas mutat utramque terminationem tam masc. תֶּם quam fœm. תֶּן in תוּ, assumtis affixis nudis, sine ulla mutatione punctorum; *(quia Kametz Præteriti Kal, quod reliquæ personæ, accentu manente, retinent, hæc secunda solum pluralis, accentu translato, mutat in Scheva:)* sic ut genus ex sensu sit dignoscendum. Ut à פְּקַדְתֶּם ac פְּקַדְתֶּן est פְּקַדְתּוּנִי *vos viri vel fœminæ visitastis me*; à צַמְתֶּם *jejunastis*, est צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi (per* ∴ *loco schurek, quum sint vocales permutabiles.)*

EXCEPTIO NOMINUM DUPLEX.

I. *Multa nomina ex Defectivis*[q] *ac Quiescentibus*[r] *secundâ, atque etiam ex Quiescentibus tertiâ*[s] *radicali orta, kametz penultimæ retinent.*

q] Sic מ heemanticum præfixum nominibus ex defectivis secunda rad. ortis kametz retinet; ut מָעוֹז *robur*, pl. מָעֻזִּים, constr. מָעוֹז, cum aff. מָעֻזִּי *robur meum*: sic מָגֵן *clypeus*, מָסָךְ *tegumentum*.

Huc referunt הָרִים *montes*, quod non modo cum affixis regulariter *juxta Membr. IV. Reg. X.* sed & in statu constructo kametz retineat, tanquam ex def. 2. rad. Sed kametz illud potius est compensativum, *ut Reg. VIII. Not. 4. monui*, quod invariatum manet, *juxta Reg. X. Memb. III.*

r] Ut צָרָה *æmula, angustia*, constr. צָרַת, cum aff. צָרָתָהּ, plur. cum aff. צָרוֹתָם: רָעָה *mala, malitia*, constr. רָעַת הָאָדָם *malitia hominum*,

cum

cum aff. רַעְתּוֹ: Sic קָמָה *seges*, נָפָה *agitatio*, בָּמָה item רָמָה & רָמוֹת *excelsum*, בָּבָה *pupilla*: Et plurale עָבִים (à sing. עָב) constr. עָבֵי שְׁחָקִים *nubes cœlorum*.

Huc referri possent, pl. masc. שָׂרִים (à sing. שַׂר *princeps*) & fœm. שָׂרָה ac שָׂרוֹת; si à rad. שׂוּר *deriventur*: sed si à שרר rectius deducas, kametz erit compensativum, quod immutatum manet, *juxta Reg. X. Memb. III.*

s] Ut (1) hæc Fœminina in וּת, הָגוּת *meditatio*, constr. הָגוּת לִבִּי *meditatio cordis mei*: גָּלוּת *deportatio*, cum aff. גָּלוּתִי: חָזוּת *visio*, cum aff. הָזוּתְכֶם: בָּרוּת *cibus*, cum aff. בָּרוּתִי: (2) Hæc Fœm. in ָ ָה, אָלָה *juramentum*, cum aff. אָלָתוֹ: מְעָרָה *spelunca*, constr. מְעָרַת: תְּעָלָה *aquæ ductus*, constr. תְּעָלַת, pl. cum aff. תְּעָלוֹתֶיהָ: (3) Hæc Pluralia חַטָּאִים *peccatores*, constr. חַטָּאֵי: הָרוֹת *gravidæ*, cum aff. הָרוֹתֵיהֶם, cujus tamen vocis ָ in sing. constr. decrescit. Sic (4) in solo statu affixo ָ retinent קָצֶה *extremitas*, & שָׂדֶה *ager*, ut קָצֵהוּ, שָׂדֵהוּ, שָׂדְךָ; ast in st. constr. decrescunt.

*II. Speciali anomalia Kametz penult. retinent*, (1) Fœminina quædam trisyllaba sub litera dagessata, aut gutturali indagessabili; ut בַּקָּשָׁה *petitio*, cum aff. בַּקָּשָׁתִי: עַוָּתָה *iniquitas*, cum aff. עַוָּתָתִי: הַכָּרָה *agnitio*, const. הַכָּרַת: נֶחָמָה *consolatio*,

 cum

cum aff. נֶחָמָתִי׃ נָאָצָה *contumelia*, pl. cum aff. נָאָצוֹתֶיךָ׃ (2) Maſculina קָטוֹן *parvus*, קָטוֹב *excisio*, & adverbium קָבוֹל *coram*, (forte quia præter morem euphonice, *juxta Reg. VIII. Memb. II.* Cholem ultimæ mutant in kametz chatuph) ut קָטָנִּי (*katonni*) קָטָבְּךָ (*katobhcha*;) excidente dageſch ex lit. ſchevata; קָבָלּוֹ (*kabbollo*) *contra eum*; & ſeq. makkaph, קָבָל־עָם (*kabbol-am*) *coram populo*. Conſtructe tamen dicitur קְטוֹן maneute cholem, & kametz decreſcente. (3) Differentiæ cauſa ◌ָ penultimæ retinent שָׁלִישׁ *tribunus*, & שָׁבוּעַ *ſeptimana*; uti שָׁלִישׁ, שָׁלִישׁוֹ, שָׁלִישִׁים, שָׁלִישָׁיו, (ut diſtinguatur à שְׁלִישִׁים *triginta*:) שָׁבוּעַ, שָׁבֻעִים, שָׁבֻעוֹתֵיכֶם, שָׁבֻעוֹת, (ut diſtinguatur à שְׁבֻעִים *jurantes* vel *jurati*, & שְׁבֻעוֹת *juramenta*;) conſtructe tamen dicitur שְׁבֻעַ, שְׁבֻעֵי & שְׁבֻעוֹת, & in dual. שְׁבֻעַיִם׃ (4) A ſing. inuſ. בָּגוֹר dicitur præter normam בָּגוֹדָה pro בְּגוֹדָה׃

[Impertinentia ſunt, quæ huc tanquam ◌ָ retinentia referunt nonnulli Grammatici; (1) Gentilia שָׁאוּלִי *Saulites*, עֲמָלֵקִי *Amalekita*; quia illud ◌ָ non eſt penultimæ, ſed antepenultimæ, quod ordinarie in nominibus non decreſcit: (2) Hæc fœm. in ־ִית, דָּלִית *ramus*, זָוִית *angulus*, quæ in plurali ◌ָ retineant, ut דָּלִיּוֹת, זָוִיּוֹת; verum hæc pluralia non ſunt à דָּלִית & זָוִית (*ut pag.* 15. *Rudim. docui*), ſed à cognata forma דָּלִיָּה, זָוִיָּה,

& ſic

& sic ָ illud non decrescens rursum est antepenultimæ, præterquam quod in tali flexione singularis numeri in pluralem, voce non crescente, nec puncta decrescant, *juxta Reg. I. Memb. II.* alias hæc fœminina ad nomina ex quiesc. 3. rad. quæ ut dictum ָ penultimæ retinent, referenda essent.]

EXCEPTIO VERBORUM DUPLEX.

*I. Quiescentia tertiâ rad.* ה, *in tertia persona tam sing.* גָּלָה[t], גָּלְתָה[u], *quam plurali* גָּלוּ[x] *Kametz hocce penultimæ retinent; propter abjectam tertiam rad.* ה *cum præcedente puncto: In reliquis vero personis Kametz antepenultimæ regulariter decrescit*[y].

t] Sic עָשָׂה *fecit*, cum affixis ָ penult. retinet, abjecto ה cum præcedente puncto ָ; ut עָשְׂךָ *fecit te*, עָשָׂהוּ *fecit eum*, עָשָׂנוּ *fecit nos*: Sic & in reliquis conjugat. ה cum præced. puncto abjicitur; ut in Pihel à כִּסָּה est כִּסָּמוֹ *operuit eos*, & in Hiph. ab הִכָּה est הִכְּךָ *percussit te.* (*Nota*, Affixis ו & ה ָ hîc non esse locum, ad differentiam Quiescentium secundâ, sed pro iis usurpari הוּ ָ, הָ ָ:)

u] Fœmininum עָשְׂתָה *illa fecit*, ת characteristicum, quod est loco 3. rad. ה cum puncto suo ָ, ac præcedente scheva, abjicit, atque ה Fœm. gen. rursum in ת mutat, assumto ante se vel kametz vel patach;

patach; ut עָשַׂתְנִי *illa fecit me*, עָשָׂתֶךָ *illa fecit te fœm.* &c. *Vid. Gram.* 224. *&* 225.

x] Sic & עָשׂוּ *fecerunt*, tertiâ rad. ה ob characteristicam conjugationis carens, in affixis ָ retinet; ut עָשׂוּנִי *fecerunt me*, עָשׂוּהוּ *fecerunt eum*, &c.

y] In reliquis vero personis ָ antep. decrescit; Ut à עָשִׂיתָ est עֲשִׂיתָהּ *fecisti hoc*; à עָנִיתִי est עֲנִיתִיךָ *respondi tibi*; à עָשִׂינוּ est עֲשִׂינוּךָ *fecimus te*, &c.

*II. Quiescentia secundâ Vau in Præterito Kametz non solum ultimæ, (ut Regula XII. traditur) sed & penultimæ* [z] *retinent.*

z] Ut à שָׂמָה *illa posuit*, est שָׂמַתְהוּ (ה fœm. gen. instar nominum in ת mutato, ut modò dictum in פְּקֻדָּה;) à שָׂמוּ *posuerunt*, est שָׂמוּךָ;

N O T Æ.

I. Nomina quæ in ה præcedente duplici kametz, & in ת precedd. duobus sægol, vel (propter gutturalem) patach desinunt, affixa non ad formam ה, sed ad formam penacutam ת (*de quâ Reg. XVI.*) assumunt; uti & posteriores formæ sæpius in statu constructo usurpantur. Sic forma מִלְחָמָה *bellum*, מֶמְשָׁלָה *dominatus*, מַמְלָכָה *regnum*, & Participia מַפְקִידָה, פֹּקְדָה; & quædam alia, ut עֲטָרָה *corona*, גְּבִירָה *hera*, אִשָּׁה *uxor*;

*uxor*; non assumunt affixa, sed pro iis in affixis usurpatur forma agnata penacuta מֶמְשֶׁלֶת, מִלְחֶמֶת, גְּבֶרֶת, עֲטֶרֶת, מִפְקֶדֶת, פְּקֻדֶּת, מַמְלֶכֶת, אֵשֶׁת:

II. De ꞉ Plur. masc. in יִם & Dual. in יִם & ꞉ Infinitivi Niphal, dictum *Reg. X. Membr. IV.*

III. De ꞉ Compensativo dictum *Reg. XI. Membr. III.*

IV. De ꞉ Formæ מָוֶת dicetur *Reg. XVII.*

V. גָּלָל *stercus* sequitur formam מֶלֶךְ tanq. ab inus. גֶּלֶל:

---

## REGULA XII.

KAMETZ ULTIMÆ Syllabæ in flexione nominis, statuque affixo nominis ac verbi manet [a]: In statu autem constructo mutatur in patach [b].

a] Sic ꞉ Ultimæ retinetur in *Nominibus*; Ut à נוֹדָע *notus*, fœm. נוֹדָעָה, pl. נוֹדָעִים, נוֹדָעוֹת: אוֹצָר *thesaurus*, cum aff. אוֹצָרִי, pl. אוֹצָרוֹת:

Sic & in *Verbis*; ut Quiescentibus secundâ, ac Defectivis tertiâ rad. א, e.g. à שָׂם est שָׂמוֹ *posuit eum*; à קָרָא est קְרָאֲךָ *vocavit te*. A דָּן *judicavit* est cum dagesch euphonico דָּנַנִּי:

Quomodo ꞉ ultimæ in Quiescentibus tertiâ rad. ה abjiciatur, dictum *Reg. XI.*

b] In *Statu* autem *Constructo* ꞉ mutatur in Patach, ut ab אוֹצָר *thesaurus*, constr. אוֹצַר:

Quomodo autem ꞉ ultimæ sequente א maneat, vide *Reg. X. in Additione.*

Et

Et quomodo ‑ ultimæ, vel necessarie in defectivis 2. rad. vel euphonice resolvatur in patach seq. dagesch vid. *Reg. VIII.*

EXCEPTIO TRIPLEX.

*I. Quædam ‑ ultimæ in statu constr. retinent:* Ut (1) Hæc monosyllaba masculina, scheva ante ‑ habentia; כְּתָב *scriptura*, שְׁאָר *residuum*, יְקָר *gloria*, (quod quibusdam *Ps.* 37. 10. dicitur ‑ mutare in patach, sed ibi potius est ab adjectivo יָקָר) שְׁאָט *contemtus*, (quod cum affix. א habet quiescens, ut שָׁאטְךָ pro שְׁאָטְךָ;) (2) Speciali anomalia ‑ ult. retinent hæc Masculina, מַתָּן *donum*, אוּלָם *porticus*, פִּתְגָם *verbum*; & Fœminina מָנָה *portio*, constr. מְנָת, מִקְצָה *finis*, constr. מִקְצָת; item illa, quæ per enallagen status constr. pro absoluto in ת præced. ‑ desinunt, ad formam constructorum; *de quibus vid. Buxt. Thes. l. 2. c. 4. in fine p.* 368.

*II. Tria monosyllaba* אָב, אָח, חָם, ‑ *penultimæ in statu affixo retinent; at in statu constr. illud mutant in* ‑: *; in utroque autem statu* י. *ad finem vocis adsumunt.*

Ut אָב *pater*, cum aff. אָבִיךָ *pater tuus*, אָבִיו *pater ejus*, (in affixo autem primæ personæ terminatio י. non additur, ne eadem geminetur, ut אָבִי *pater meus*, pro אָבִיִי;) constr. אֲבִי עַד *pater æternitatis*, (*Gen.* tamen 17. 4: 5. bis constructe dicitur אַב;) Sic אָח *frater*, cum aff. אָחִיו

*frater*

*frater ejus*, אָחִי *frater meus*, &c. (Similem fere rationem vocis פֶּה Vid. Except. *Reg. XIX.*)

*III. Tria ſpeciatim* ָ *conſtructè mutant in* (ֵ): Ut à חָלָב *lac*, eſt constructe חֲלֵב; ſic conſtructum הֲבֵל *vanitas* deducunt ab abſoluto inuſitato הָבָל; à לָבָן *albus* eſt conſtr. לֶבֶן־ (ubi tzere propter ablatum accentum per makkaph mutatum in ſægol.)

---

# De TZERE.

## REGULA XIII.

TZERE PENULTIMÆ Syllabæ in flexione Nominis, ſtatuque affixo mutatur in ſcheva [c]. Similiter in ſtatu conſtructo, ſi ſequatur ָ [d], aut vox ſit pluralis numeri [e]; ſecus invariatum manet [f].

In affixis vero Verbi tzere non ſolum penultimæ, ſed & ANTEPENULTIMÆ decreſcit in ſcheva [g].

I. EXEMPLA NOMINUM.

c] Sic in flex. Nominis, ſtatuque affix. tzere penultimæ decreſcit; ut מֵקִים *ſtabiliens*, fœm. מְקִימָה, pl. מְקִימִים, מְקִימוֹת, cum aff. מְקִימִי:

d] Similiter in ſtat. conſtr. tzere penult. decreſcit,

crescit, si ְ sequatur, ut à לֵבָב *cor* est constr. לְבַב; [e] aut vox sit pluralis numeri, ut à כֵּלִים *vasa*, est constr. כְּלֵי, à שֵׁמוֹת *nomina*, est constr. שְׁמוֹת: [f] Secus in stat. constr. invariatum manet; ut ab אֵפוֹד *ephod*, constr. אֵפוֹד בָּד *ephod lini*, ab אֵטוּן *filum*, constr. אֵטוּן מִצְרָיִם *filum Ægypti* &c.

II. Exempla Verborum.

g] Sic & in affixis Verborum tzere tum penultimæ, tum antepenultimæ decrescit in scheva compositum; uti in Præt. Hiph. Defectivorum & Quiescentium 2. rad. ut ab הֵדֵם est הֲדִמָּנוּ *silere fecit nos*, ab הֵכִין est הֱכִינַנִי, *stabilivit me*, ab הֵמִית est הֱמִיתְךָ *interficiat te*, ab הֵמִיתָה est הֱמִיתַתְהוּ, ab הֵמַתִּי est הֲמִיתִּיו *interfeci eum*, הֲמִתִּיהָ *interfeci eam*, (ubi dagesch est in ת, quia est quoque ex defect. 3. rad. ת, patach autem irregulariter in chirek transit, ex quo fuit ortum,) ab הֵמִיתוּ est הֱמִיתֻהוּ *interfecerunt eum*.

Exceptio Nominum.

*Speciali anomalia Tzere penultimæ retinent*, (1) Aliquot fœminina formæ תְּאֵנָה *ficus*, ut cum aff. תְּאֵנָתְךָ, in pl. תְּאֵנִים & ante aff. constr. תְּאֵנֵיכֶם: Sic בְּרֵכָה constr. בְּרֵכַת *piscina*, גְּזֵלָה constr. גְּזֵלַת *rapina*, גְּזֵרָה constr. גְּזֵרַת *decretum*, אֲבֵדָה constr. אֲבֵדַת *res perdita*, אֲפֵלָה *caligo*, cum aff. אֲפֵלָתְךָ, שְׁאֵלָה *petitio*, cum aff. שְׁאֵלָתִי

(cujus

(cujus tamen tzere quandoque in aff. decrefcit, ut שְׁאֶלָתִי, nifi illud fit ab alia forma inufitata שְׁאֶלָה,) fic à נְבֵלָה *cadaver Ef.* 26. 19. eft נְבֵלָתִי (alibi tamen ejus tzere regulariter decrefcit,), fic חֲשֵׁכָה *tenebræ*, pl. חֲשֵׁכִים, (at conftruct. חֶשְׁכַת) & לְבֵנָה *later*, pl. לְבֵנִים, (at in ft. conftr. & aff. tzere decrefcit:) Sic Adjectivum טְמֵאָה conftr. habet טְמֵאַת, à mafc. טָמֵא *impurus.* (2) Pauca alia à verbis quiefc. orta, ut צֵאָה *exitus, excrementum*, cum aff. צֵאָתְךָ, conftr. צֵאַת; זֵעָה conftr. זֵעַת *fudor*, à יזע; תֵּבָה conftr. תֵּבַת *arca*; עֵדוֹת *teftimonia*, cum aff. עֵדוֹתָיו, à עוּד: (3) Sic נֵכָר conftr. נֵכַר *alienigena.* Sic & שְׁאֵרִית, & defective שֵׁרִית *refiduum*, cum aff. שְׁאֵרִיתוֹ, conftr. שְׁאֵרִית הָעָם *refiduum populi*, (fed & regulariter in ftatu conftr. non decrefceret.)

NOTÆ.

I. Forma בְּהֵמָה *beftia*, & תּוֹכֵחָה *difceptatio*, & quandoque מַצֵּבָה *ftatua*, non affumit affixa; fed pro ea in affixis ufurpatur forma agnata בְּהֶמֶת, תּוֹכַחַת, מַצֶּבֶת, de qua agitur *Reg. XVI.* Similem formam מִלְחָמָה vid. *Reg. XI. Nota I.*

II. De Tzere penult. Plur. mafc. in ־ֵים & Dual. in ־ַיִם dictum *Reg. X. Memb. IV.*

III. De Tzere cum jod vel א quiefcente dictum *Reg. X. Memb. II. & Addit.*

IV. Tzere penult. fyll. Formæ סֵפֶר vid. *Reg. XVI.*

*REGULA XIV. Bimembris.*

I. TZERE ULTIMÆ Syllabæ in flexione Nominis, ſtatuque affixo Nominis ac Verbi mutatur in ſcheva [h]; ſed ſi Kametz præceſſerit, manet [i]. Contra, in ſtatu conſtructo manet [k]; ſed præcedente Kametz, mutatur in patach [l].

DE FLEXIONE, & AFFIXIS NOM. & VERBI,

I. EXEMPLA TZERE DECRESCENTIS.

h] Sic in NOMINUM flexione ſtatuque affixo tzere ultimæ mutatur in ſcheva; ut פּוֹקֵד *viſitans*, fœm. פּוֹקְדָה pl. פּוֹקְדִים, פּוֹקְדוֹת, cum aff. פּוֹקְדִי: ſic מְפַקֵּד *recenſens*, נִקֵּשׁ *perverſus*, חֵרֵשׁ *ſurdus*, &c.

Similiter in affixis VERBORUM tzere ultimæ decreſcit in omnibus conjugationibus tum analogis tum anomalis (niſi ubi aut ſecunda radicalis deficit, ut in conjug. hiphil, & infinitivo hophal defectivorum 2. rad. aut tzere in ה terminatur: de quibus in NOTA monetur.) Ut à Præt. Pihel גִּדֵּל *magnificavit*, eſt גִּדְּלַנִי *magnificavit me*; ab Infin. צַדֵּק eſt צַדְּקוֹ *juſtificare eum*: A Præt. pih. quieſc. 2. כּוֹנֵן eſt כּוֹנְנָהּ *ſtabilivit eam*: A Fut. pih. defect. 2. תְּסוֹבֵב eſt תְּסוֹבְבֵנִי *circumdabit me*: A Præt. pihel quieſc. 3. א נִשֵּׂא eſt נִשְּׂאוֹ *extulit eum*.

[Si

[Si autem aliud ſcheva ſubſequatur, ut ante affixa ךָ, כֶם, כֶן; prius *juxta Reg. III.* mutandum in ſægol vel patach. Ut à Partic. פּוֹקֵד eſt פּוֹקֶדְךָ pro פּוֹקְדְךָ: A Præt. pihel פִּקֵּד eſt פִּקֶּדְךָ pro פִּקְּדְךָ; ab Inf. בַּקֵּשׁ eſt בַּקֶּשְׁךָ *quærere eum*; à Præt. בֵּרֵךְ eſt בֵּרַכְךָ *benedixit tibi*, à רַחֵם eſt רַחֶמְכֶם *misereri veſtrûm.*]

[In Pihel quandoque cum affixis dageſch ex litera ſchevata excidit, ut à קִלֵּל eſt קִלְלַנִי *maledixit mihi*; à חַנֵּן eſt לְחֶנְנָהּ *ad faciendum gratiam ei*, cum (ֶ) loco (ַ): à יִסֵּר eſt cum dageſch euphonico in affixo יִסְּרַנִּי *erudivit me*: à פֵּאֵר *ornare* eſt propter accentum פֵּאֲרָךְ cum ָ pro פֵּאַרְךָ ad modum quieſc. 3. rad.]

Excipe, *Participia quædam præſentia Kal tzere ult. quandoque retinent*: Ut in flexione nominis שׁוֹמֵם *deſolans*, fœm. שׁוֹמֵמָה, pl. שׁוֹמֵמִים, שׁוֹמֵמוֹת; decreſcit tamen conſtr. שׁוֹמְמוֹת, & cum affixis שֹׁמְמֹתֵינוּ: Sic in ſola flexione ſing. numeri in plur. tzere retinent, יוֹלֵד *generans*, fœm. יוֹלֵדָה *parturiens*, בּוֹגֵד *prævaricans*, fœm. בּוֹגֵדָה, נוֹטֵר *cuſtodiens*, fœm. נוֹטֵרָה; & ſimilia plura: quæ in plurali tamen, ſtatuque conſtr. & aff. tzere regulariter mutant.

A *Particip.* שֹׁלֵחַ, ſpeciatim dicitur ſervato

tzere שֹׁלֵחֲךָ *mittens te*; sic à Particip. pihel מְשַׁלֵּחַ est מְשַׁלֵּחֲךָ: Similiter ab Infinit. pih. שַׁלֵּחַ est שַׁלֵּחֲךָ *dimittere te.*

Speciatim tzere ultimæ, præcedente Scheva, retinent, מַקְהֵל *congregatio*, pl. מַקְהֵלִים & מַקְהֵלוֹת, פַּרְדֵּס *paradisus*, pl. פַּרְדֵּסִים:

II. Exempla Tzere Manentis.

i] Sic Tzere ultimæ præcedente (ָ) in Nominis flexione, statuque affixo manet; ut כָּשֵׁר *rectus*, fœm. כְּשֵׁרָה, pl. כְּשֵׁרִים, כְּשֵׁרוֹת: זָקֵן *senex*, pl. זְקֵנִים: חָצֵר *atrium*, pl. חֲצֵרִים, cum affixo חֲצֵרוֹ: מָלֵא *plenus*, fœm. מְלֵאָה, pl. מְלֵאִים, מְלֵאוֹת:

Similiter in affixis Verborum tzere ultimæ præcedente (ָ) manet; ut in Præt. Kal, 3. sing. masc. verborum in tzere terminantium, ut ab אָהֵב *dilexit*, est אֲהֵבְךָ *dilexit te*; à שָׂנֵא *odio habuit*, est שְׂנֵאָהּ *odio habuit eam.*

[Kametz autem hîc intellige, quod decrescit in scheva, ut in datis exemplis; non autem quod invariatum manet, quo ָ antecedente, tzere decrescit. Sic si ָ compensativum dagesch fortis, quod *juxta Reg. X. Memb. III.* non decrescit, antecedat, tzere decrescit; ut מְבָרֵךְ *benedicens*, fœm. מְבָרְכָה, pl. מְבָרְכִים, מְבָרְכוֹת, cum aff. מְבָרֶכְךָ: מָאֵן *renuens*, fœm. מָאֲנָה: Sic tzere Infinitivi

Niphal

Niphal decreſcit, quia præcedens ָ *juxta Reg. III. Memb. IV.* immutatum manet; ut ab הִנָּבֵא *prophetare*, eſt בְּהִנָּבְאוֹ *in prophetando eo*: ab הִבָּרֵא eſt הִבָּרַאֲךָ *creari te.* Nam ratio, cur hîc tzere præced. ָ maneat, alia vero vocali antecedente decreſcat, hæc eſt; quòd ubi ָ decreſcit, non opus ſit ut ſequens tzere decreſcat; ubi verò alia vocalis non decreſcens præcedit, ſequens tzere decreſcere debeat.

DE STATU CONSTRUCTO.

k] In Statu Conſtructo tzere ultimæ invariatum manet; ut à שׁוֹפֵט *judex*, eſt conſtr. שׁוֹפֵט צֶדֶק *judex juſtitiæ*; à מַקֵּל *virga*, eſt מַקֵּל תִּפְאָרָה *virga gloriæ* (quod tamen *Gen.* 30. 37. irregulariter tzere convertit in patach;) à עִקֵּשׁ *perverſus*, eſt עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו *perverſus labiis* (*Prov.* 17. 20. legitur ablato accentu per makkaph, *juxta Reg. IX.* עִקֶּשׁ־לֵב *perverſus corde.*) &c.

l] Sed præcedente ָ, tzere mutatur in patach; ut à זָקֵן *ſenex*, eſt conſtr. זְקַן, à יָתֵד *paxillus*, conſtr. יְתַד &c.

NOTA, Sic & quandoque præcedente Scheva tzere tranſit in patach; ut מִזְבֵּחַ *altare*, conſtr. מִזְבַּח (niſi illud ſit ex craſi) מִסְפֵּד *planctus*, conſtr. מִסְפַּד, מַעֲשֵׂר *decima*, conſtr. מַעְשַׂר: At מַרְבֵּץ *cubile*, habet euphoniæ cauſa מַרְבַּץ (niſi

 illud

illud ſit ab inuſitato מִרְבָּץ, uti dicitur מַשְׁעֵן & מִשְׁעָן *ſcipio*, à quo conſtr. מִשְׁעַן:)

EXCIPE, *Tzere irregulariter conſtructè retinent* מָגֵן *clypeus*, אָבֵל *lugens*, חָמֵשׁ *quinque*, יָוֵן *cœnum*, הֶבֶל *vanitas*.

NOTA, Quomodo Tzere ultimæ in Defect. 2. rad. vel etiam euphonice, mutetur in chirek ſequente dageſch, *vid Reg. VIII.*
Quomodo & terminatio ה præcedente .. in affixis abjiciatur, *vid. Reg. XIX.*

II. MONOSYLLABA tzere ubique retinent [m]: *Niſi ſint ex defectivis ſecunda radicali, quæ in ſtatu quidem conſtructo tzere quoque retinent* [n]; *at creſcente voce illud juxta Reg. VIII. in chirek ſequente dageſch convertunt* [o].

I. EXEMPLA NOMINUM

m] Sic (1.) tzere retinent omnia Monoſyllaba, à quieſcentibus 2. rad. orta; ut עֵד teſtis (à עוּד, in hiph. הֵעִיד *teſtatus fuit*) conſtructe עֵד שֶׁקֶר *teſtis falſitatis*, cum aff. עֵדִי, pl. עֵדִים: Sic גֵּר *peregrinus* (à גּוּר *peregrinatus fuit*) עֵט *ſtylus* (ob celeritatem ſcribendi à עוּט vel עִיט *involare*) זֵר *corona* (à זוּר *circumvolvere*, vel *circumligare*; vel aliàs à זָרָה *cinxit*, *diſperſit*, & ſic pertinet ad ſequentem ordinem quieſc. 3. rad. ה) רֵעַ *vociferatio* (à רוּעַ in hiph. הֵרִיעַ *vociferatus fuit*) רֵק

*inanis*

*inanis* (à ריק in hiph. הֵרִיק *evacuavit*) אֵל *fortis* (ab איל unde אֱיָל *fortitudo*) נֵר *lucerna* (à נור) עֵץ *lignum* (ab inusit. עִיץ quod Arabibus significat *durus*; vel à עָצָא arabice *percussit baculo*, & sic pertineret ad quiesc. 3. rad.)

(2.) Sic quoque tzere retinent Monosyllaba orta à quiescentibus prima vel tertia radicali; ut דֵּעַ *scientia* (à יָדַע *cognovit*) רֵעַ *amicus* (à רָעָה *pavit*) cum aff. רֵעִי, plur. רֵעִים: Sic גֵּו *corpus* (à גָּוָה) כֵּס *solium* (à כִּסֵּא vel כִּסֶּה *idem.*)

Excipe, I. כֵּן *basis* (à כּוּן *aptare*) crescente vóce tzere mutat in patach seq. dagesch, (quasi à 2. geminant. כנן ortum esset) ut in aff. כַּנּוֹ, & fœm. כַּנָּה: II. שֵׁם *nomen* (ab inus. שְׁמָא Syris usitatissimo) & בֵּן *filius* (à בָּנָה *ædificavit*) cum Affixis tzere mutant in scheva, ut שְׁמוֹ, בְּנִי: Constructe autem שֵׁם tzere quidem regulariter retinet; sed בֵּן illud convertit in chirek, ac sequente makkaph, *juxta Reg. IX.* in sægol, ut בִּן, בֶּן־: Sic & in Plurali, illud quidem regulariter tzere servat, ut שֵׁמוֹת, hoc vero speciatim, *uti Gram. p.* 50. *docetur*, tzere mutat in ָ, ut בָּנִים:

(3.) Similiter Monósyllaba quæ scheva ante tzere habent, idem tzere retinent; ut פְּאֵר *gloria*, cum aff. פְּאֵרְךָ, pl. פְּאֵרִים: בְּאֵר *puteus*, constr. בְּאֵר שַׁחַת *puteus fovea*, cum aff. בְּאֵרְךָ, pl. בְּאֵרוֹת:

בְּאֵרוֹת: זְאֵב *lupus*, pl. זְאֵבִים: כְּאֵב *dolor*, constr. כְּאֵב לֵב *dolor cordis*, cum aff. כְּאֵבִי: שְׁאֵר *caro*, constr. שְׁאֵר עַמִּי *caro populi mei*; cum aff. שְׁאֵרוֹ: כְּרֵשׂ *venter*, cum aff. כְּרֵשׂוֹ: שְׂאֵת *excellentia*, *tumor*, constr. שְׂאֵת חֲנֶגַע *tumor plagæ*, cum aff. שְׂאֵתוֹ (à נָשָׂה *tulit, elevavit.*)

Uti & hujus formæ voces, tzere penultimæ in plurali constructo, ac cum affixis, plerumque retinent; ut בְּאֵרוֹת הַמַּיִם *putei aquarum*, cum aff. בְּאֵרוֹתֶיךָ *putei tui* (quamvis cum affixis plurale in S.l. non occurrat) à sing. בְּאֵר *puteus*; sic זְאֵבֵי עֶרֶב *lupi vesperæ*, à sing. זְאֵב (cum affixis non solum juxta hanc exceptionem, sed & regulariter *juxta Reg. X. Membr. IV.* cum omnibus pluralibus in ים. tzere retinet.) Ast פְּאֵר *gloria* in plur. constr. habet פַּאֲרֵי; ante affixa tamen constructa tzere retinet, ut פְּאֵרְכֶם cum defectu jod pro פְּאֵרֵיכֶם:

n] Monosyllaba ex Defectivis 2. rad. tzere in *Statu Constructo* retinere, exempla sequentis *literæ o* testantur; quorum status constructus ab absoluto non differt.

Excipe, קֵן *nidus* constructe habet קַן:

o] In *Flexione* vero *nominis*, *Statuque Affixo* eadem Monosyllaba, à fine crescentia, tzere convertere in chirek sequente dagesch, *Regula VIII.* traditur. Qualia sunt עֵת *tempus* (à rad. עָנָה *tem-*

pestive

*pestive loquutus fuit,)* חֵן *gratia* (à חָנַן *gratiam fecit,)* לֵב *cor* (à לבב in niph. נִלְבַּב *cordatus factus fuit,)* חֵץ *sagitta* (à חָצַץ *excîdit,* in pih. חִצֵּץ *jaculatus fuit,)* קֵץ *finis* (à קָצַץ *amputavit,)* שֵׁן *dens* (à שָׁנַן *acuit,)* אֵם *mater* (ab אמם Arabibus usitato) צֵל *umbra,* (à צָלַל *obumbratus fuit,)* אֵשׁ *ignis* (ab אשש, unde אָשְׁיָשׁ *fundamentum,* quod fundamenti more rebus insit,) חֵךְ *palatum* (à חכך) נֵס *vexillum* (à נָסַס *vexillum erexit,)* עֵז *capra* (à עָזַז *roboravit,)* תֵּל *tumulus* (à תָּלַל *accumulavit,)* קֵן *nidus* (à קנן, in pihel קִנֵּן *nidificatus fuit.)*

II. Exempla Verborum.

Excipe, *Verba monosyllaba tzere juxta primum hujus Regulæ membrum, cum* ה *paragogico atque affixis corripiunt in scheva:*

Uti in Imperativo verborum quiesc. 1. rad. *Jod*; ut שֵׁב cum ה paragogico שְׁבָה *sede,* à יָשַׁב *sedit:* לֵךְ cum ה paragogico לְכָה *ito,* pro quo etiam ter in Sacris abjecto ה legitur לָךְ, à יָלַךְ *ivit.* Sic ab Imper. תֵּן ex defect. 1. rad. *Nun,* est cum ה paragogico תְּנָה, & cum aff. תְּנֵם *da eos,* à נָתַן *dedit.*

*Ast* in Infinit. שְׂאֵת tzere antecedente scheva manet, instar nominum, uti & hic infinitivus sæpe nominaliter usurpatur; ut שְׂאֵתִי *ferre me,* à נָשָׂא *tulit.*



Nota,

Nota, Ab Infinitivo תֵּת per ſpecialem anomaliam pro תֵּנֶת eſt cum affixo תִּתְּךָ *ponere te*, תִּתּוֹ *ponere illum*, propter defectum tertiæ radicalis, qui ad modum defectivorum 2. rad. compenſatur per dageſch, correpto vocali longa in ſcheva, *juxta Reg. VIII. Vide & Reg. XVI. in Exempl. Verb.*

---

# De PATACH.

## *REGULA XV.*

PAtach Ultimæ Syllabæ in Flexione Nominis, ſtatuque Affixo tum Nominis, tum Verbi ac Particularum mutatur in Kametz [p]: In ſtatu autem Conſtructo manet [q].

### I. Exempla Nominum & Particul.

p] Sic in Nominum flexione mutatur patach ultimæ in kametz; Ut אַרְבַּע *quatuor*, in maſc. ſub forma fœm. אַרְבָּעָה, in pl. אַרְבָּעִים *quadraginta*: אֶצְבַּע *digitus*, pl. אֶצְבָּעוֹת, cum aff. אֶצְבָּעוֹ *digitus ejus*. [q] At in ſtatu conſtructo manet; ut אֶצְבַּע אֱלֹהִים *digitus Dei*.

Sic Particulæ עַל *ſupra*, עַד *uſque*, mutant in plural. patach in kametz; ut עָלִים, עָדִים, ad quam ſolam formam pluralem, abſolute inuſitatam, aſſumuntur affixa; manente ָ penult. niſi ante

ante affixa constructa, *juxta Reg. X. Memb. IV.* ut à עַל *supra*, est עָלַי *supra me*, עָלֶיךָ *supra te*, עֲלֵיכֶם *supra vos*; à עַד *usque*, est עָדַי *supra me*, עֲדֵיהֶם *supra eos*, &c. *vid. Gram. p.* 249.

II. EXEMPLA VERBORUM.

Similiter in VERBIS Patach ultimæ cum affixis mutatur in kametz; ut à פָּקַד *visitavit*, est פְּקָדַנִי *visitavit me*. Ante affixa vero constructa (velut & in statu constructo, atque ante affixa constructa Nominum) patach manet; ut פְּקַדְכֶם *visitavit vos*. Plura exempla vid. *Reg. XI.*

NOTÆ.

I. A דְּבַשׁ *mel*, est cum affixo דִּבְשִׁי *mel meum*, ad modum formæ פִּרְיִ, *de qua Reg. XVIII.*

II. Patach ultimæ, quod in Verbis sæpe est loco tzere, instar tzere decrescit: Sive illud patach simpliciter sit pro tzere; ut à Præt. Pihel יִסַּד pro יִסֵּד est יִסְּדָהּ *fundavit eam*, ab אִבַּד est אִבְּדָם *perdidit eos*, à יִסַּר est יִסְּרוֹ *erudivit eum*: Sive illud patach sit ex crasi; ut à Præt. Pihel שִׁלַּח pro שִׁלֵּחַ est שִׁלְּחוֹ *dimisit eum*; ab Infinit. Niph. הִכָּנַע pro הִכָּנֵעַ est הִכָּנְעוֹ *humiliare se*.

III. De Patach ultimæ Infinitivi Kal. *vid. Reg. XX. Membr. II.*

IV. De Patach ult. quod assumit Dagesch vel Necessarium in defectivis 2. rad. vel Euphonicum, *Reg. VIII.* agitur.

V. De Patach. ult. in vocibus penacutis, quæ in patach exeunt, præcedentibus vel sægol, vel tzere, vel cholem, vel quæ propter gutturalem in duplex patach desinunt, agit *Regula XVI.*

De

De PATACH PENULTIMÆ.

Patach Penultimæ invenitur ſolum I. In formis penacutis, quæ aut in duplex patach deſinunt, ut בַּעַל *dominus*, aut in chirek longum præcedente patach, ut זַיִת *oliva:* (De Priori forma agitur *Reg. XVI.* de Poſteriori *Reg. XVII.*) II. Eſt & Patach penultimæ ſequente ſcheva quieſcente, ſive expreſſo, ut in מַחְמָד *deſiderium*, ſive latente in dageſch forti, ut in גַּנָּב *fur*; (Quod utrumque non decreſcere *Reg. X. Memb. I.* traditur.) III. Aut eſt Patach, quod poſt ſe debebat habere dageſch forte, ſed in gutturali locum non habet, nec eſt compenſatum per vocalem longam analogam, uti ante ה & ח rara eſt compenſatio; ut in אַחִים *fratres*, formæ גַּנִּים *horti*, רַחִם *miſericordia*, formæ מַקֵּל *baculus*, &c. (Quod itidem patach invariatum manere, *Reg. X. Memb. III.* docetur; niſi quod ſimiliter ac ־ compenſativum, *de quo pag.* 7. *Rudim.* ſequente ־ euphoniæ cauſa mutetur in ֶ) Sic ab אַחִים *fratres*, eſt אַחֶיךָ *fratres tui*, & ſequente ־, אַחַי *fratres mei.*

---

## De FORMIS PENACUTIS.

### *REGULA XVI. Bimembris.*

I. VOcès Penacutæ Sægolatæ, vel propter gutturalem Patachatæ mutant

mutant in Flexione Singularis numeri in Pluralem prius punctum in Scheva, posterius in Kametz. Ast in statu Constructo ut utrumque punctum retinent: sic in statu Affixo, tum Nominum, tum Verborum ac Particularum; ut & si in Dualem flectantur, utrumque mutant in Scheva.

*Tales voces* Sægolatæ *sunt*; *quæ in Sægol exeunt*, *præcedente aut Sægol* [r], *aut puncto cognato Tzere* [s], *vel Cholem* [t], *ut* מֶלֶךְ, סֵפֶר, קֹדֶשׁ:

*Sic voces* Patachatæ *sunt*, *quæ propter ultimam vel penultimam gutturalem in Patach exeunt*, *præcedentibus iisdem punctis Sægol* [u], *Tzere* [x], *vel Cholem* [y]; *aut quæ etiam propter penultimam gutturalem in duplex Patach* [z] *desinunt*, *ut* פֶּתַח, נֵצַח, פֹּעַל, בַּעַל:

Per *Prius* itaque punctum intellige Sægol, Tzere, Cholem, vel Patach. Per *Posterius* Sægol vel Patach. Per *Scheva* intellige Simplex, Compositumve sub gutturali. *Duplici* autem *Scheva* in statu Affixo, ac Duali occurrente, mutandum (juxta *Reg. III.*) *Prius* in chirek breve, kametz chatuph, kibbytz, sægol, vel patach; *Posterius* manet, & sub gutturali communiter dilatatur, h. e. mutatur in compositum.

I. EXEMPLA NOMINUM.

Sic in Nominis Flexione è Singulari in Plural. prius punctum mutatur in scheva, posterius in kametz; in statu autem Constr. utrumque manet, &

Affixo

Affixo utrumque mutatur in ſcheva: ut [r] A מֶלֶךְ rex, in Plurali מְלָכִים, conſtr. מֶלֶךְ מִצְרַיִם rex *Ægypti*, cum Aff. מְלְכִי, quod duplex ſcheva, quia juxta *Reg. II.* locum non habet, mutandum juxta *Reg. III.* in מַלְכִּי *rex meus:* à עֶבֶד *ſervus* eſt Conſtr. cum ſubjuncto Plurali עֶבֶד עֲבָדִים *ſervus ſervorum*, cum Affix. עֲבְדוֹ, quod mutandum in עַבְדּוֹ *ſervus ejus.* [s] A סֵפֶר *liber* eſt Conſtr. סֵפֶר תּוֹרָה *liber legis*, in Plurali סְפָרִים, cum Aff. סְפְרִי, quod rurſus mutandum in סִפְרִי *liber meus;* à חֵלֶק *portio*, eſt Conſtr. חֵלֶק הָאֲנָשִׁים *pars virorum*, in Plur. חֲלָקִים, cum Aff. חֲלְקִי, quod mutandum in חֶלְקִי *pars* vel *portio mea.* [t] A קֹמֶץ *pugillus* eſt Conſtr. קֹמֶץ, cum Aff. קְמְצוֹ, quod mutandum in קֻמְצוֹ *pugillus ejus*, in Plur. קְמָצִים: à קֹדֶשׁ *ſanctitas*, Conſtr. קֹדֶשׁ cum Aff. קְדְשׁוֹ, quod mutandum in קָדְשׁוֹ (*kodſcho*) *ſanctitas ejus*; at in Plur. loco ſcheva ſimplicis ſub ק habet irregulariter aut chateph kametz chat. ut קֳדָשִׁים, aut kametz longum cum meteg ut קָֽדָשִׁים: [u] A פֶּתַח *janua*, eſt Conſtr. פֶּתַח הָאֹהֶל *oſtium tabernaculi*, in Pl. פְּתָחִים cum Aff. פְּתְחוֹ quod mutandum in פִּתְחוֹ *janua ejus.* [x] A נֵצַח *æternitas, robur*, eſt Conſtr. נֵצַח יִשְׂרָאֵל *fortitudo Iſraëlis*, Plur. נְצָחִים, cum Affix. נְצְחִי, quod mutandum

dum in נִצְחִי *robur meum.* [y] A פֹּעַל *opus* est Constr. פֹּעַל יְהוָה *opus Domini*, in Plur. פְּעָלִים, cum Aff. פְּעָלוֹ, sed quia posterius scheva sub gutturali ע hîc juxta *Reg. III. & IV.* dilatatur, h. e. mutatur in compositum ־ֳ, sub פ requiritur juxta *Reg. V.* punctum cognatum ־ָ chat. & dicitur פָּעֳלוֹ *opus ejus*; quemadmodum & ab אֹהֶל *tabernaculum* (quæ vox pertinet ad præced. *lit. t.*) est cum aff. אָהֳלוֹ *oholo.* [z] A בַּעַל *dominus*, est Constr. בַּעַל דְּבָרִים *dominus verborum*, in Plur. בְּעָלִים, cum Aff. בְּעָלִי, quod mutandum esset in בְּעְלִי, sed quia posterius scheva hîc rursum sub gutturali dilatatur in ־ֲ, sub ב requiritur patach, & dicitur בַּעֲלִי *dominus meus*, juxta prædictas *litera y* Regulas.

In Duali autem numero, quia vox in fine magis quam in Plurali punctis crescit, puncta velut in statu Affixo decrescunt; ut à קֶרֶן *cornu*, est in Duali קַרְנַיִם *duo cornua*, (pro quo tamen etiam analogice legitur קְרָנַיִם;) à רֶגֶל *pes*, est in *Duali* רַגְלַיִם *duo pedes*; ab אֶלֶף *mille*, in Dual. אַלְפַּיִם *duo millia*; ab אֹזֶן *auris*, in Dual. אָזְנַיִם *duæ aures*; à נְחֹשֶׁת *æs*, in Dual. נְחֻשְׁתַּיִם *compedes æneæ*; A נַעַל *calceus*, in Dual. נַעֲלַיִם *duo calcei*. In quibus exemplis utrumque punctum vocis penacutæ

penacutæ mutatum in ſcheva; quod duplex ſcheva mobile quum locum non habeat, mutatum prius in patach, aut ֳ chat. aut kibbytz, juxta *Reg. III.* in ultimo vero exemplo in punctum cognatum patach, quia ſequitur ־ֽ, juxta *Reg. V.*

Ad exempla hujus Regulæ ſpectant formæ penacutæ polyſyllabicæ מֶמְשֶׁלֶת *dominatus*, מַמְלֶכֶת *regnum*, תִּפְאֶרֶת *gloria*, גְּבֶרֶת *domina*, מַלְכֶּת *regina*, מוֹלֶדֶת *nativitas*, עֲטֶרֶת *corona*, מַשְׂכֹּרֶת *merces*, מִשְׁפַּחַת *familia*, תּוֹכַחַת *diſceptatio*, & Participia פּוֹקֶדֶת *viſitans*, יוֹעַצַת *conſulens*, ſic & participia fœm. reliquarum conjugationum in duplex ſægol, vel propter gutturalem in duplex patach, terminantia, &c. Quæ quidem formæ fœmininæ in Pluralem numerum non flectuntur, (*ut Rudim. part.* 1. *cap.* 9. *&* 10. *p.* 15. *monitum eſt*) ſed in ſtatu Conſtructo & Affixo hanc Regulam ſequuntur: ut Conſtr. מֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם *dominium diei*, cum Aff. מֶמְשַׁלְתּוֹ *dominium ejus*, &c.

NOTA AD NOMEN.

I. Formam penacutorum ſequuntur נֵרְדְּ *nardus*, in Plur. עֲרָדִים, cum Aff. נִרְדִּי *nardus mea*: & דְּבַשׁ *mel*, cum Aff. דִּבְשִׁי *mel meum*.

II. אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת in compenſationem abjectæ tertiæ radicalis *nun*, cum Affix. aſſumit dageſch; ut אֲמִתּוֹ pro אֲמִנְתּוֹ *veritas ejus*. *Vide Reg. VIII. Nota* 3.

III. Huc

III. Huc nonnulli etiam referunt שְׁכֶם *humerus*, tanquam hanc penacutorum formam sequens cum Aff. ut שִׁכְמוֹ *humerus ejus*; quum tamen ille status affixus rectius non à שְׁכֶם sed à שֶׁכֶם deducatur.

IV. Minus recte hîc à nonnullis excipiuntur voces constructæ חֲדַר *conclave*, הֲבֵל *vanitas*, & עַצְּבַת *dolor*, quasi essent à formis absolutis חֶדֶר, הֶבֶל, עֶצֶבֶת: quum sint à formis inusitatis חָדָר, הֲבֵל, עַצָּבָה; & חֶדֶר ac הֶבֶל in statu constructo invariatæ maneant, ut *Cant.* 3. 4. *Ps.* 62. 10.

V. Quomodo Sægol Compensativum Dagesch fortis non decrescat, *vid. Reg. X. Membr. III. p.* 64.

II. Exempla Verborum.

Hanc Penacutorum Regulam in Affixis sequitur Infinitivus penacutus Kal, Verborum Deficientium & Quiescentium primâ rad. habens duplex sægol, vel propter gutturalem duplex patach, quorum utrumque punctum juxta hanc Reg. mutatur in scheva, & sic duplici scheva ab initio concurrente, prius *juxta Reg. III.* mutatur in chirek, vel sægol, vel patach; ut ab Infin. גֶּשֶׁת est cum Affix. גִּשְׁתּוֹ *accedere eum*, גִּשְׁתָּם *accedere eos*, à rad. נָגַשׁ *incessit*: A שֶׁבֶת est שִׁבְתּוֹ *habitare eum*, à rad. יָשַׁב *habitavit*, *sedit*: A לֶכֶת est לֶכְתּוֹ *ambulare eum*, à rad. יָלַךְ: A דַּעַת est דַּעְתּוֹ *scire ipsum*, à rad. יָדַע *cognovit*.

NOTÆ AD VERBUM.

I. A תֵּת contracte pro תֶּנֶת est תִּתִּי *dare me*, pro תִּנְתִּי, à rad. נָתַן *dedit*, quæ tertia radicalis ן hîc in Infinit. ſequente ת deficit (quemadmodum & in Præterito, quia ſc. eſt non ſolum ex defectivis primâ *Nun*, ſed & ex defect. 3. rad. *Nun*) & deficiens compenſatur per dageſch forte, ad anologiam *Regulæ VIII.* ubi ſimilia exempla dantur *Nota III.*

II. Pleraque Verba Defectivorum primâ *Nun* Infinitivum analogice ſicut פְּקֹד *formant*; uti & multa ex Quieſcentibus prima *Jod* & defective & analogice Infinitivum flectunt. Quorum analogici Infinitivi ſpectant ad *Reg. ultimam XX.*

III. EXEMPLA PARTICULARUM.

Particulæ penacutæ נֶגֶד *coram*, אֵצֶל *apud*, תַּחַת *infra*, אַחַר *poſt*, לְמַעַן *propter*, נֹכַח *coram*, ut & monoſyll. בְּעַד *circum* (ad formam nominis דְּבַשׁ de quo ſupra *Nota I. ad Nomen*;) juxta hanc quoque Regulam inſtar nominum ejuſdem formæ Affixa adſumunt, utroque puncto formæ penacutæ mutato in ſcheva, & ſic duplici ſcheva concurrente prius mutant, *juxta Reg. III.* in chirek, ſægol, vel patach; vel (ſi poſterius ſcheva, propter gutturalem, ſit compoſitum,) *juxta Reg. V.* in punctum cognatum: ut & ſupra in exemplis Nominum ac Verborum dictum eſt. Ut à נֶגֶד *coram*, eſt

est juxta hanc Reg. נֶגְדִּי, quod juxta *Reg. III.* mutandum in נֶגְדִּי *coram me*; sic ab אֵצֶל *apud*, est אֶצְלְךָ *apud te*; A תַּחַת *infra*, est תַּחְתַּי *infra me*; ab אַחַר *post*, est אַחֲרֶיךָ *post te*; à לְמַעַן *propter*, est לְמַעֲנִי *propter me*; A נֹכַח *coram, è regione*, est נָכְחוֹ *è regione ejus*; A בַּעַד *circum*, est בַּעֲדִי *circum me*, בַּעַדְךָ *circum te*, in quo postremo -: sub ע, sequente scheva sub ד, resolvitur *juxta Reg. V.* in patach.

II. Si vox penacuta quandoque propter sexum in Fœmininum flectatur, decrescit aut utrumque punctum in Scheva, velut in statu Affixo, si flexio fiat in ה ָ; aut solummodo prius, si formatio fiat in ת ֶ ֶ:

Et sic priori modo, duplici scheva mobili concurrente, prius rursum *juxta dictam Reg. III.* mutandum in chirek vel patach, &c. Ut à מֶלֶךְ *rex*, in Fœmin. מַלְכָּה & מְלֶכֶת *regina*; à כֶּבֶשׂ *agnus*, in Fœm. כַּבְשָׂה vel כִּבְשָׂה *agna*; גֶּבֶר *vir*, in Fœm. גְּבֶרֶת *domina*.

---

## *REGULA XVII.*

I. IN formis penacutis contrahuntur ubique PATACH & CHIREK in Tzere [a]; ac KAMETZ & SÆGOL in Cholem [b].

I. Exempla Formæ זַיִת:

a] Sic ubique, h. e. in flexione nominis, ſtatuque conſtructo & affixo contrahuntur Patach & Chirek in tzere; ut זַיִת *oliva*, Plur. זֵיתִים, Conſtr. זֵית, cum Aff. זֵיתְךָ: אַיִל *aries*, Conſtr. אֵיל, Plur. אֵילִים: עַיִן *oculus*, Conſtr. עֵין, cum Aff. עֵינוֹ, Dual. עֵינַיִם, &c.

Exceptio Triplex.

*I. Rarius loco Tzere eſt Chirek*; Ut à עַיִר *aſellus*, eſt cum Aff. עִירוֹ (*Plur. vid. Except. II.*) à שַׁיִת *vepres*, eſt cum Aff. שִׁיתוֹ (*quæ vox conſtructè, & in plurali inuſitata eſt:*) huc ſpectat עִינוֹת pro עֵינוֹת *fontes, Prov.* 8. 28. à עַיִן (*de qua voce ſeq. except.* 2.)

*II. Quædam voces formæ* זַיִת *in flexione Sing. num. in Pluralem, mutant, ad formam penacutorum* מֶלֶךְ, *prius punctum in Scheva, poſterius in Kametz*: Ut תַּיִשׁ *hircus*, Plur. תְּיָשִׁים; חַיִל *exercitus*, Pl. חֲיָלִים (*quæ tamen voces conſtructe, & cum affixis regulariter habent tzere;*) עַיִר *aſellus*; Pl. עֲיָרִים; ſic fœm. עַיִן *oculus, fons*, in Pl. עֲיָנֹת (& regulariter עֵינוֹת *fontes, uti & conſtructe, & cum affixis, atque in duali regulariter tzere obtinet.*)

III. בַּיִת

*III.* בַּיִת *domus, speciali anomalia in Pluli habet* בָּתִּים *per* ּ *seq. dagesch irregulari.*

II. Exempla Formæ מָוֶת:

b] Sic & ubique Kametz ac Sægol contrahuntur in Cholem; ut מָוֶת *mors*, Constr. מוֹת, cum Affix. מוֹתִי, Plur. מוֹתִים; תָּוֶךְ *medium*, Constr. תּוֹךְ, cum Aff. תּוֹכִי &c.

[Nota, Excipitur nonnullis עָוֶל *iniquitas*, habens Constructe עֶוֶל, cum aff. עַוְלוֹ: Sed potius עֶוֶל diversa à עָוֶל forma est, regulariter juxta Reg. præced. cum affix. habens עַוְלוֹ; ita ut forma עָוֶל absolute solum, עֶוֶל vero in statu constr. & affix. usitata sit; uti linguæ Hebrææ non insolitum est, & passim fœminina polysyllaba, quæ in ָה & in ֶת vel propter guttural. in ַת terminantur, posteriori forma in statu constr. & affixo usurpantur. *Vid. pag.* 76. *in fine*, &c.]

II. Si vero propter ה Locale vel Paragogicum accentus in penultima manens non transferatur in ultimam, prius punctum manet, ac posterius in Scheva transit:

Ut à בַּיִת *domus*, est בַּיְתָה, & cum pausa בָּיְתָה (constructe tamen cum ה paragogico dicitur בֵּיתָה) sic à לַיִל *nox*, est לַיְלָה, & cum pausa לָיְלָה: A מָוֶת *mors*, est מָוְתָה, &c.

# De FORMIS פְּרִי, חֲצִי, חֳלִי:

## *REGULA XVIII.*

TErminatio Nominum in ִי. præcedente Scheva ſimplici, compoſitove, ſequitur punctationem vocum penacutarum formæ מֶלֶךְ:

*Sic Formæ* פְּרִי [c], חֲצִי [d], חֳלִי [e], *juxta Reg. XVI.* poſterius punctum (.) *in Flexione ſingularis nùmeri in pluralem mutant in kametz, ita ut Jod ubique fiat mobile, aut illi aliquando ſubſtituatur* א [f]*: In ſtatu Conſtructo idem punctum retinent; in Affixo verò mutant in Scheva.*

PRIUS PUNCTUM quum Scheva ſit, mutationi non eſt obnoxium: Sed duplici ſcheva in ſtatu affixo ab initio concurrente, prius, *ſimiliter ut Reg. XVI. dictum*, mutandum eſt in chirek breve, ſægol, aut kametz chatuph.

c] Sic פְּרִי *fructus*, in Plur. inuſ. פְּרָיִים, Conſtr. פְּרִי הָאָרֶץ *fructus terræ*, cum Aff. פְּרְיִי, quod mutandum in פִּרְיִי; *fructus meus*, ſic פִּרְיוֹ, פִּרְיָהּ, פִּרְיְךָ, פֶּרְיְךָ, פִּרְיָמוֹ, פִּרְיָן, פִּרְיָם: Sed ante affixa Conſtructa, nulla, ut in ſtatu conſtructo, fit mutatio, ut פְּרִיהֶם, פְּרִיהֶן; legitur tamen *Ezech.* 36. 8. פֶּרְיְכֶם: Sic גְּדִי *hœdus*, in Plur. גְּדָיִים (In fœm. tamen plur. habet גְּדִיּוֹת, & in maſc. plur. conſtr.

conſtr. גְּדִיֵי) Conſtr. גְּדִי עִזִּים *hœdus caprarum:* לְחִי *gena*, in Dual. לְחָיַיִם (pro quo & לְחָיִם dicitur:) שְׁבִי *captivitas*, Conſtr. שְׁבִי צַדִּיק *captiva turba juſti*, cum Aff. שֶׁבְיֵךְ *captivitas tua*; ſic & שְׁבָיִם, & cum Affix. Conſtr. שְׁבִיכֶם: בְּכִי *fletus*, cum Aff. בִּכְיִי *fletus meus:* נְשִׁי *debitum*, cum Aff. נִשְׁיֵכִי cum jod paragog. pro נִשְׁיֵךְ *debitum tuum fœm.*

d] חֲצִי *dimidium*, Conſtr. חֲצִי הַשָּׁמַיִם *medium cœli*, cum Aff. חֶצְיוֹ *dimidium ejus*; ſic חֶצְיָהּ, חֶצְיֵנוּ, חֶצְיָם: עֲדִי *ornatus, os*, Conſtructe cum ſubjuncto Plurali עֲדִי עֲדָיִים *ornamentum ornamentorum*, cum Aff. עֶדְיוֹ *os ejus*, עֶדְיֵךְ *os ejus fœm.* &c.

e] חֳלִי *morbus*, Plur. חֳלָיִים (*cholajim*) cum Affix. חָלְיוֹ (*choljo*) *morbus ejus*; Sic חֳרִי *aſtus*, Conſtr. חֳרִי־אַף *aſtus iræ:* עֳנִי *afflictio*, cum Aff. עָנְיִי *afflictio mea:* עֳבִי *denſitas*, cum Aff. עָבְיוֹ *denſitas ejus*. Sic & ſub litera non gutturali יֳפִי *pulcritudo*, cum Aff. יָפְיוֹ (*jophjo*) *pulcritudo ejus*; ſic דֳּכִי *contritio*, cum aff. דָּכְיָם (*dochjam*) *contritio eorum.*

f] A פְּתִי *fatuus*, eſt in Pl. פְּתָאיִם & פְּתָיִים:

Excipe, כְּלִי *vas, inſtrumentum*, in Plur. habet כֵּלִים: A דְּלִי *ſitula*, eſt *Num.* 24. 7. Duale

 vel

vel Plurale cum Aff. דְּלָיָו *situla ejus*, aut cum ּ longo sub ד, transpositis punctis, pro דְּלָיָו; aut cum ּ chat. sub litera non gutturali.

---

# De Terminationibus Vocum Abjiciendis vel Immutandis.

## REGULA XIX. *Quinquemembris.*

¶ De NOMINE.

I. TErminatio Masculina NOMINUM in ֶה in Flexione nominis, statuque Affixo, sine punctorum præcedentium mutatione, abjicitur [g]. In statu autem Constructo eadem manens, mutat sægol in tzere [h].

g] Sic terminatio ֶה in Plur. & cum Affixis abjicitur, sine punctorum antecedd. decremento; Ut יָפֶה *pulcer*, Plur. יָפִים: רֵעֶה *amicus*, cum Aff. רֵעוֹ & רֵעֵהוּ *amicus ejus.* (*Vid. Rudim. pag.* 15. *&* 36.)

h] Constructe vero (ֶ) mutatur in (ֵ); ut מִקְנֶה *possessio*, Constr. מִקְנֵה צֹאן *possessio ovium.*

EXCIPE, (1.) רֵעֶה *amicus*, Constructe ֶ retinet. (2.) פֶּה *os, acies*, contracte pro פֶּיֶה, abjecta terminatione ֶה, reassumit jod cum puncto chirek,

chirek; ut Constructe פִּי צַדִּיק *os justi*, cum Affixis פִּיךָ *os tuum*, פִּיהוּ & פִּיו *os ejus*, פִּיהֶם *os eorum*, &c. Quod י. sequente alio jod excidit, ne jod geminetur; ut pro affixo primæ pers. פִּיִי dicitur פִּי *os meum*, pro Plur. masc. פִּיִים dicitur פִּים *ora*. Sub forma autem fœm. habet in Plural. masc. פִּיוֹת, & geminate פִּיפִיּוֹת, & cum tzere פֵּיוֹת: (3.) שֶׂה *pecus*, in statu quidem Constructo regulariter habet שֵׂה, at Affixa adsumit ad formam integram inusitatam שֵׂיֶה ex qua (sicut & פֶּה) contractum est; ut שֵׂיוֹ & שֵׂיֵהוּ *pecus ejus*.

II. Terminatio Fœminina Nominum ָה in Plurali similiter, sine punctorum præcedentium mutatione, tollitur [i]. In Duali vero, statuque Constructo & Affixo mutatur in ת; illius Kametz in Duali, ac cum Affixis manente [k], at Constructe mutato in Patach [l].

i] Sic terminatio fœm. ָה in Plurali abjicitur, addita terminatione plurali וֹת; sine punctorum præcedd. decremento, propter abjectam terminationem ָה, adeoque voce in Plur. non crescente (*juxta Reg. I. Memb. II.*) ut יָפָה *pulcra*, Plur. יָפוֹת; בְּהֵמָה *bestia*, Pl. בְּהֵמוֹת (*Vid. Rud. p.* 15.)

k] In Duali vero ac cum Affixis illud ה muta-

 tur

tur in ת, illius Kametz manente; ut שָׂפָה *labium* Dual. שְׂפָתַיִם (*Ibid.*)

l] Sed Constructe ה mutatur in ת, & Kametz in Patach, ut à שָׂפָה est שְׂפַת מִרְמָה *labium doli*, h. e. *dolosum*. (*Pag.* 32.)

III. Terminatio Pluralis ִים. Constructe mutatur in ֵי [m]; Eademque ut & Dualis ַיִם cum Affixis tollitur [n].

m] Sic terminatio ִים. constructe mutatur in ֵי; ut à צוּרִים *rupes*, Constr. צוּרֵי (*Ibidem.*)

n] Eadem vero, ut & Dualis ַיִם cum Aff. tollitur; ut à צוּרִים est צוּרֶיךָ *rupes tua*; à יָדַיִם *manus*, est יָדֶיךָ *manus tua.* (*Pag.* 36. *ubi & vide quomodo jod, index pluralis ac dualis numeri, in affixis maneat.*)

¶ De VERBO & ADVERBIO.

IV. Terminatio VERBORUM Quiescentium 3. rad. ה, in ָה, ֶה & ֵה, cum Affixis, pariter sine punctorum antecedentium decremento, abjicitur [o]. At terminatio ָה fœminini generis omnium Verborum mutatur in ת, illius ָ aut mutato in patach, aut manente [p].

Similiter in ADVERBIIS terminatio ֵה cum Affixis tollitur [q].

o] Sic

o] Sic in Præteritis verborum quiefc. 3. rad. ה, abjicitur cum affixis terminatio ה ; ut à עָשָׂה *fecit*, eft עָשְׂךָ *fecit te* (*Vid. pag.* 75. *lit. t.*) Sic & in Futuris terminatio ה abjicitur; ut à יַנְחֶה *deducet*, eft יַנְחֵנִי *deducet me*. Eodem modo in Imperativis tollitur terminatio ה ; ut à נְחֵה *deduc*, eft נְחֵנִי *deduc me*.

p] At terminatio fœm. ה omnium Verborum, ut in Nominibus, mutatur in ת, mùtato ָ in patach, aut manente; ut à פָּקְדָה *illa viſitavit*, eft פְּקָדַתְנִי *viſitavit me*, פְּקָדָתֵךְ *viſitavit te fœm.* (*Vid. pag.* 71. & *quomodo* ה *in quieſc.* 3. *mutetur, vid. pag.* 75. *lit. u.*)

q] Terminatio ה *Adverbiorum* הִנֵּה *ecce*, & אַיֵּה *ubi*, cum Affixis fimiliter tollitur; ut הִנֵּנִי & הִנְנִי *ecce me*, הִנְּךָ *ecce te*, הִנּוֹ *ecce eum*: אַיֵּנִי *ecce me*, אַיֶּךָ *ecce te*; &c. (*vid. Gram. p.* 242.)

V. Terminatio fœminina תְּ Præteriti 2. fing. cum Affixis affumit י. ex pronomine אַתִּי r; Terminatio vero Pluralis tam mafculina תֶּם quam fœminina תֶּן mutatur in תוּ s:

r] Ut à פָּקַדְתְּ *tu fœm. viſitaſti*, eft פְּקַדְתִּינִי *tu f. viſitaſti me.* (*Vid. Reg. XI. pag.* 70. *lin.* 8.)

s] A פְּקַדְתֶּם & פְּקַדְתֶּן eft פְּקַדְתּוּנִי *vos viri vel fœminæ viſitaſtis me.* (*Ibid. p.* 71. *lin. ult.*)

De

## De CHOLEM & PATACH VERBORUM, INFINITIVI, IMPERATIVI, & FUTURI KAL.

### *REGULA XX. Bimembris.*

I. CHOLEM ULTIMÆ, Infinitivi, Imperativi & Futuri Kal, Verborum Analogorum & Quiefcentium tertia radicali א, cum Affixis, ad differentiam Nominum, mutatur in Scheva.

I. EXEMPLA INFINITIVI & IMPERAT.

Sic ab Infinit. & Imperat. בְּרוֹחַ *fugere*, & *fuge*, eſt cum aff. בְּרְחוֹ; ab Infin. קְרוֹא *vocare*, eſt קְרְאִי; à קְצוֹר *metere*, eſt קְצְרוֹ: Sed quum duplex illud ſcheva mobile locum non habeat, *Scheva Prius* juxta *Reg. III.* mutandum in ָ chat. vel quandoque ֶ, quia extra affixa Infinitivus & Imperativus terminabatur in cholem; ut בָּרְחוֹ (*borcho*) *fugere* & *fuge eum*, קָרְאִי (*kor-i*) *vocare me*, קָצְרוֹ *metere eum*: ſic à כְּתוֹב *ſcribere* & *ſcribe*, eſt כָּתְבוֹ *ſcribere* & *ſcribe eum*, &c. Sic & cum ה paragog. à טְמוֹא eſt טָמְאָה *impurare ſe*. Cum defectu mappik in affixo ָה, dicitur עָזְבָה *deſeri eam*.

Si autem poſt duplex illud ſcheva adhuc tertium cum

cum affixis ךָ, כֶם, כֶן ſequatur, eâdem Regulâ, eademque de cauſa indifferenter ex duplici illo ſcheva vel prius vel poſterius tranſit in ◌ַ chat. vel quandoque ◌ֶ; ut à פְּקוֹד eſt פָּקְדְךָ (*pokdecha*) vel פְּקָדְךָ *viſitare te*; פְּקָדְכֶם & פָּקְדְכֶם *viſitare vos*: ſic à קְצוֹר eſt קָצְרְכֶם *metere vos.* Pro qua poſteriori forma loco ſcheva ſimplicis propter primam gutturalem eſt ſcheva compoſitum ◌ֲ aut ◌ֱ; ut אֲכָלְךָ *edere te*, אֱמָרְךָ *dicere te*; uti & priori forma dicitur analogice אָכְלְךָ, אָמְרְךָ:

Si vero ſecunda radicalis ſit litera gutturalis, pro ſcheva ſimplici adſumit compoſitum ◌ֳ, & ſic præcedens litera, prima ſc. radicalis, juxta *Reg.V.* adſciſcit punctum cognatum ◌ָ chat. ut à בְּחוֹר *eligere*, eſt בָּחֳרִי (*bochori*) *eligere me.* Quod chateph kametz chat. ſi aliud ſcheva cum affixis ךָ, כֶם, כֶן ſubſequatur, reſolvendum, juxta eandem *Reg. V.* in ◌ָ chat. ut מָאֳסְכֶם reſolvendum in מָאָסְכֶם (*mo-os-chem*) *ſpernere vos.* Sic ſub ר pro קָרֳבְכֶם eſt per reſolutionem קָרָבְכֶם (*korobhchem*) *appropinquare vos.*

Sic & propter tertiam ſeu ultimam radicalem dicitur לְמָשָׁחֲךָ (*limſchochocha*) pro לְמָשְׁחֲךָ, *ad ungendum te*, juxta *Reg. IV.*

I. Exempla Futuri.

In Futuro, quum cholem in ſcheva correpto, prius

prius ſcheva, ob antecedentem unam ex literis אֵיתָן, ſit quieſcens, utrumque ſcheva manet; ut à יִרְדֹּף *perſequetur*, eſt יִרְדְּפֵן *perſequetur eum.*

Si vero poſt duo ſcheva adhuc tertium cum affixis ךָ, כֶם, כֶן ſubſequatur, illorum duorum poſterius ſcheva, (ut & ſupra in Infinitivo) juxta dictam *Reg. III.* convertendum in ᴛ chat. ut à יִשְׁמֹר *cuſtodiet*, eſt pro יִשְׁמְרְךָ, יִשְׁמָרְךָ (*jiſchmorcha*) *cuſtodiet te.*

Loco autem Scheva Simplicis ſub *Gutturali* eſt (ut & ſuprà) ſcheva compoſitum, juxta *Reg. IV.* ut pro יִעְבֹד eſt יַעֲבֹד *ſerviet*, unde cum affix. correpto cholem in ſcheva eſt יַעֲבְדֶנּוּ, ſed quum illud -:, ſequente alio ſcheva, juxta *Reg. II.* locum non habeat, eſt juxta *Reg. V.* reſolvendum in (-) ut יַעַבְדֶנּוּ *ſervies illi.*

Sic à תַּעֲבֹד *ſervies*, eſt cum aff. ᴛ: loco -: ideoque & ᴛ chat. ſub præced. lit. ut, תָּעֳבְדֵם, & quum illud ᴛ: iterum ſequente ſcheva locum non habeat, reſolvendum *eâdem Reg.* in ᴛ chat. ut תָּעָבְדֵם *ſervies eis.*

Sic & ſi Scheva cum dictis affixis ךָ, כֶם, כֶן ſubſequatur, ſcheva quod ex cholem correptum eſt, mutandum juxta *Reg. V.* in ᴛ chat. ut ab אֶעֱבֹד eſt אֶעֱבְדְךָ, quod mutandum in אֶעֱבָדְךָ *ſerviam tibi*; ſic à יַעֲצֹר eſt יַעֲצָרְךָ *intercludet te.*

A יֶהְדֹּף eſt *Num.* 35. 20. loco ſcheva ſimplicis compo-

compositum ־ָ: sub litera non gutturali ד, ut יֶהְדָּפֶנּוּ *depellet eum.*

II. PATACH Ultimæ *Infinitivi* eorundem verborum, cum Affixis transit in Scheva [t]; exceptis כֶם, כֶן, ante quæ Patach manet [u].

In *Imperativo* autem & *Futuro* ordinarie juxta *Reg. XV.* mutatur in Kametz.

t] Misso nunc Patach Imperativi & Futuri, de quo *Reg. XV.* actum est; Patach Infinitivi sic correpto in Scheva, duplex Scheva ab initio concurrit; quorum prius juxta *Reg. III.* mutandum in Chirek, quia est ex terminatione patach; vel propter gutturalem in Patach: ut ab Infinitivo פְּתַח & פִּתְחִי *aperire me*; à שְׁחַט *jugulare*, est שַׁחֲטוֹ, שַׁחֲטְךָ vel שַׁחַטְךָ; &c.

u] Ante affixa vero כֶם, כֶן forma Infinitivi integra manet; ut פְּקַדְכֶם, פְּקַדְכֶן; sic à חָנַן est חֲנַנְכֶם *gratiam facere vobis*, &c.

NOTÆ AD CHOLEM.

I. Ad hanc Reg. referri potest *Cholem Præt. Kal, Verborum in Cholem terminantium*, quod sequente scheva, mutatur cum affixis in ־ָ chat. quamvis rarissima istius formæ affixa verbis jungantur; ut à יָכֹלְתִּי *prævalui*, est יְכָלְתִּיו *prævalui ipsi.*

II. Loco ־ָ chat. cholem euphonice obtinent בּוֹשַׁסְכֶם *conculcare vos*, Amos. 5. 11. pro בָּשְׁסְכֶם vel בְּשָׁסְכֶם; & מֹצַאֲכֶם *invenire vos*, Gen. 32. 19. pro מְצֹאֲכֶם;

III. Ut

III. Ut Infinitivus verborum analogorum & in וֹ & in patach desinit; sic ex posteriori forma, cum ה paragogico aut cum affixis videntur esse יִרְאָה *timere*, יִרְאָתוֹ *timere eum*, tanquam ex infin. יְרָא; חַטָּאָה *peccare eam*, cum defectu mappik, tanq. ex חֲטָא; מַחֲאֲךָ *plaudere te*, quod in multis exemplaribus vitiose legitur *Ezech.* 25.6. מַחֲאָךְ, tanq. ex מְחָא: Sed quum posterior illa forma in quiescentibus 3. א inusitata sit, potius hæc & similia exempla sunt nomina, quæ infinitive sumta constructionem suorum verborum imitantur, *juxta Buxt. Thesaur. l.* 2. *c.* 3. *Reg. III.* uti & usitatissima nomina sunt יִרְאָה *timor*, חֵטְא *peccatum:* quemadmodum & contra Infinitivi sæpissime nominaliter usurpantur.

IV. Quomodo affixum ךָ post sægol sæpissimè dagesch euphonicum adsumat, & assumtis affixis ad ה paragogicum, illud in ת mutetur, ac præterea ut aliis verbi temporibus, sic & Infinitivo, Imp. & Fut. sæpissime Paragoge, Epenthesis, aliæque figuræ accidant, *vide sparsim Buxtorf. Thesauro, & Parentis mei Gramm. part.* 1. *c.* 23.

V. De שְׁאָטְךָ ab absoluto שְׁאָט vid. inter Nomina *Reg. XII. Except. I.* quum שְׁאָט potius sit nomen, ob ָ ult. quam verbum, quod patach haberet.

F I N I S.



